trahētiū)ꝯnubiꝫ ſancti.i.ſacramēto fulti: quo.ſ.ideo vt ſint qui ferant ſacra.i.ſacrificent ſup.deo poſt corpora veterū parētum defuncta.i.mortua ꝛ qui norint.i.noſcant numina.i.deū celeſtē et qui gignant noua pignora.i.nouā prolem ad diuinos cult⁹ (hec eñi debet eſſe intentio generantiū:) ſꝫ aduerte ꝙ dicit īō matrimoniū inſtitutum:ac ſi deus ab illegitimis coli nolit.Uerum modo nullus eſt illegitimus:ſi chriſti ꝛ eccleſie filius. Pietas.i.pius cultus ꝛ latria:manet ſic eterna ꝛ proles renouata ideſt de nouo generata accepit ideſt diſcit a patribus ideſt parētibus ꝛ maioribus ſuis ſup.id quod ꝛ.i.etiaꝫ ipſa doceat.i.docere poſſit ac debeat nepotes ideſt poſteros ſuos a ſe deſcendentes: deus condidit quedam duratura et ſemper futura ſcilicet angelos ꝛ celos ac ſidera ꝛ nil eſt opus ideſt neceſſe aut expediens hec.ſ. que ſemper durāt gigni.i.pduci ex ſe.i.ex ſuo ſimili(aut reuera ex ſe per intermedia.nā aqua generat ex ſe aerem ꝛ terram et gignitur ex eis ita eadem portio aque ſic transformata pōt redire in aquam ſicut et noſtra corpōra ex terra ſunt ꝛ in terram redeunt iterum in ſe reuerſura) aut diuidatur:vt nil opus eſt hec gigni.i.pduci de nouo cum intereant:ꝛ creare ex ſe prolē:cum ipſa ſufficiant:declarat exemplis. Nec ſol ſeminat ſolem:nec ſidus ſeminat:ideſt generat ſidera.At.i.ſed deus protulit quedā ſubiecta fato ꝛ ꝑ.i.neci.i.morti:niſi dicas necē violēter ab extrinſeco illatā(a necando eñi dicitur)ꝛ fatū a natura:hec.i.huiuſmodi corruptibilia:generāt ſeſe.i.ſe mutuo ꝛ ſui ſimilia:ꝛ cū nequeant manere eadem in ſeipſis ipſa manent in ꝓle.Nati.i.pgeniti ſunt ſimulachra:ideſt imagines ꝛ effigies parentū:ꝛ opus.i.expediens aut neceſſe eſt:vt ſup. cura nepotum.i.filiorū qui fratrū nepotes ſunt:ſit penes hos:ideſt in his.ſ. natis.Proles fluit ſic ex prole:ceu.i.ſicuti:annus lubricus.i.qui dilabitur ꝛ obrepit nobis(lubricū enim eſt quod quia pingue ꝛ glabrum teneri non poteſt vt anguilla)agit.i.poterit ꝛ impellit annū(vnde in georgi. Redit agricolis labor actus in orbem.Atqꝫ in ſe ſua per veſtigia voluitur annus quocirca volunt quidā ab am qd̄ eſt circū dici.Eſt enim circulus quidā vnde olim per draconē caudā ſuam mordentē figuratus dicitur) menſis renaſcitur de menſe.i.poſt menſem hora abiens refert horā:ꝛ arbor pullulat ab arbore.Pater.ſ.ieſſe(Sed aduerte lector barbara ꝛ indeclinabilia ab hoc authore ſolerter vitari)tulit.i.genuit: dauida regē ſcꝫ ſic.i.p talē ſucceſſionē.Et ezechias rex etiā fili⁹ achaz:tulit ſic manaſſem.ꝛ Eroſmus(hoc latine.nā hebraice Eſrom dicit)quem phares ge-

Simile.
Dauid.
Ieſſe.
Ezechias
Manaſſes.
Eſromus
Aram.
Salomō.
Naaſon
Exponit nunc rem quā vult.
Annus.

nuit:genuit ſic Arā:ꝛ Naaſon fili' aminadab genuit ſic ſalomona:ꝛ quia tua etas venit ad maiores annos.ſ.ad annos pubertatis:nam ni fallor biſſeptima etas.i.decimuſquart' ann' voluitur tibi:ꝓpterea.i.ꝛ ideo tu debes viro.i.ei qui vir tuus erit natos.i.liberos:ꝛ nobis nepotes:ꝛ deo cultores.o gnata tu morata es ſatis in ede ſup.ſacra:hoc eſt in templo: redi.i.reuertere ad nos:ꝛ ſuccurre libens noſtre ſenecte.

¶Vocibus his virgo in fletus prorupit:ꝛ ibant
Per roſeos vultus lachrymε:quas chara legebat
Admoto ſiccans oculos velamine mater.
Dedidicit fletum:ꝛ preſſis ſingultibus orſa eſt.
Chara parens tantum materni flumen amoris
Qđ lachrymis:gemituq; tumet:ꝗ plenus acerbis
Significat curis ꝛ ſollicitudine ſermo.
Que non corda domet vel ferrea:lumina que non
Miſerit in fletus tepidoq; impleuerit imbre:
Hec tua tanta parens pietas mea viſcera dudum
Stringet:ꝛ accenſam mouet ad ſuſpiria mentem
Si fineret:quo inclinat amor veſtigia ferre:
Nec tot opus lachrymis:nec ſingultib' eſſet:
Namq; animus totis vota in tua viribus iret:
Nec fuit a teneris quicꝗ͂ mihi dulcius annis
Quam curam gerere:ꝛ votis parere parentum
Sed celeſte meum tulit in contraria pectus
Numen:ꝛ impatiens ſtudijs ingentibus ardor
Sollicitat:cogorq; nouo parere furori.
In noua cepta meos ſenſus:imaſq; medullas
Impulit ethereus genitor:ꝛ magis ardua nobis
Et melior tentāda via eſt:decus ire per altum
Suadet iter:ꝗ ſi eſt votis aliena voluntas
Curaq; non eadem:veniam diuina ſequenti
Iuſſa date:ꝛ quo fert celum conuertere mentem
Me mea virginitas:impolutiq; pudoris

¶Vocib' his virgo in fletus ꝓrupit. Diua ac pientiſſima virgo agnoſcēs pietatē maternā vix potuit tēperare a lachrymis ſciens ſe votis ei' parere nō poſſe. Reſpōdit igitur modeſtiſſime ſe deo ita inſpirāte perpetuam eidem virginitatē deuouiſſe:vſamq; magnis auctorib' vtpote helia:heliſeo:ꝛ ſequacibus ꝗuis verū ſit ex prophetis multos cōnubia nō reſpuiſſe. Vez in hac ꝯformitate diue virginis ad carmelitas inuit author tacite vnā ex cauſis cur titulū ab ea ſumpſerūt. Ordo eſt. Virgo ſcz maria prorupit in fletus.i.amare fleuit his vocib'.i. propter has voces ſeu loquelas matris:et lachrymε ibant.i. fluebant per vultos roſeos.i. roſis in colore ſiles: ꝗs.ſ.lachrymas: chara mater.ſ.āīa:legebat.i.colligebat ſiccans ocl'os.ſ.virgis: velamine: ſcz capitis aut panniculo lineo admoto.Et ſup. virgo dedicit fletū.i.dedicit nō flere: hoc eſt repreſſit et reſtrinxit fletum:ꝛ orſa eſt.i.in•

Non tēperat a lachrymis virgo.

Oratio virginis quā matri reſpondet.

Explicat qđ aīo ꝓpoſuit.

Suā mentem i deū reijcit.

Immoꝛtalis amoꝛ gratam fecere tonanti:
Ille meo amplexu fruitur:ſemperq́ꝫ virentis
Floꝛe pudicitie:Thalamum foꝛtaſſe ſubire.
Atq́ꝫ maritales potero coniungere tedas:
Non poterit maculare meum venus vlla cubile
Uirgineumq́ꝫ decus:cuſtodiet ipſe pudoꝛem:
Qui dedit hec mihi vota pater:caſtiq́ꝫ nitoꝛem
Coꝛpoꝛis:ꝛ mentem nullum mihi polluet euum
Hec eadem ſanctos mouit ſententia vates:
Et magnos habet auctoꝛes temeraria foꝛſan
Diceret:ꝛ pꝛopꝛie male conſuluiſſe ſaluti
Auſa per ignotos calles ſi pꝛima fuiſſem
Uadere ꝛ ambiguis ſolam me credere ventis.
Rumpereq́ꝫ audaci nondum vada cognita greſſu
Clara per hos malignus liquit veſtigia calles
Helias:heliadeſq́ꝫ viri gratiſſima celo
Pꝛogenies viſura ſuo de ſemine diuos
Sic ſtat ꝛ immotum tenet hec ſententia pectus
Tu genitrix patiare oꝛo:ꝛ ſolare parentem
Longeuum:cure ſeſe ſciat eſſe tonanti.
Ipſe aderit:ſenioq́ꝫ graues ſolabitur annos
Sic virgo:ꝛ mater lachꝛymãtẽ amplexa receſſit.

cepit loqui:ꝛ hoc ſingultibus pꝛeſſis:idest poſtq̃ repꝛeſſerat ſingultus ſuos. O parẽs idest mater chara:tã tum flumen materni amoꝛis (quantũ ſup. in te conſpicio) quod ſup. flumen tumet.i. ſurgit et augeſcit lachꝛymis ꝛ gemitu: et qđ ſup. flumen vel qđ i. quã rem:ſermo plenus acerbis curis et ſollicitudine ſignificat:q̃ coꝛda vł.i.etiã ferrea non domet.q.d.nulla nõ domet.i. oĩa merito domet et molliat. vel poteſt eẽ oꝛdo. que coꝛda non domet tantũ flumen materni amoꝛis ꝛc. Et eſt notãda locutio qñ eñi nõ habemus quo ſatis explicemus conceptũ recurrim⁹ ad figuratam interrogationẽ:que plus põderis habet q̃ aſſertio etiã vniuerſalis: vt in bucco. Hec eadẽ vt ſciret qđ non faciebat amyntas. et eneí.ij. Quẽ nõ icuſaui amẽs hoĩmq́ꝫ deorũq́ꝫ aut qđ in euerſa vidi crudelius vꝛbe)ꝛ q̃ lumina.i.quos oculos nõ miſerit(.ſ.tantũ flumẽ materni amoꝛis)in fletus ꝛ que lumina nõ impleuerit tepido imbꝛe ſcꝫ lachꝛymarũ in moꝛẽ imbꝛis deſcendentium. O parens:idest o mater hec tãta tua pietas:ſtringit dudũ.i.iãdudũ:hoc eſt ex quo cepiſti loqui: mea viſcera:ꝛmouet mentẽ.ſ.meã accẽſã.i.inflãmatã amoꝛe tui:ad ſuſpiria. Si ego ſinerer.i.ꝑmitterer.ſ.a deo(ꝛ mallẽ legere ſinirer q̃ ſinerer q: amoꝛ q̃ inclinat ire ſinit:niſi diuerſus ſit)ferre veſtigia.i.cõcedere aut ire in ſentẽtiã:eo.ſ.quo amoꝛ inclinat.i.ſi ꝑmitterer tibi moꝛẽ gerere:nec op⁹ eẽ tot lachꝛymis:nec tot ſingultib⁹:nãq́ꝫ animus.i.voluntas mea iret totis virib⁹ in tua vota.i.oĩno cõſentiret tibi:nec q̃cq̃ fuit mihi dulcius a teneris annis q̃ gerere curã parentũ et q̃ parere.i.obedire votis.i.deſiderijs licitis ꝛ honeſtis parentũ:ſꝫ numẽ celeſte.i.volũtas di

Maria ex ꝑdeceſſoꝛib⁹ quoſdam ſe ait imitari.

Speciali⁹ mõſtrat. Helias.

Cõcludit virgo.

Figurata interrogatio.

uina:tulit meũ pectus in cõtraria:ſcʒ vota.i.aut in cõtrariam ſentẽtiã
(q: parentes ⁊ amici vſqʒ ad deũ amãdi ſunt:hoc eſt amãdi quidẽ ſunt
atqʒ eis obtẽperandũ eſt:ſed plus deus ⁊ deo)⁊ ardor.i.vehemens cha-
ritas impatiẽs.ſ.more aut intermiſſiõis ſeu remiſſionis:ſollicitat pect⁹
meũ ingẽtibus ſtudijs.i.conãtib⁹ deũ adamãdi:⁊ cogor parare nouo.i.
admirãdo ⁊ inſolito:furori.i.amori diuino q̃ me totã rapuit(nã noris
lector:nõ omnẽ furorẽ eſſe malũ aut dãnandũ.nam qui diuinit⁹ infun-
dit hoiem ſupra hoiem erigit ⁊ in deũ totũ rapit.Plato aũt quatuor di-
uini furoris ſpecies ponit quas Lãdinus recitat ad illũ.vj.enei.Ea fre-
na furẽti cõcutit)Genitor etherens.i.pater noſter q̃ eſt in celis:impulit
meos ſenſus ⁊ imas medullas.i.intimã affectionẽ meã incepta noua.
i.magna ⁊ a paucis aut null⁹ feminini ſexus in attẽtata.ſ.in õſeruatiõ-
ẽ ppetue virginitatis.Uia magis ardua:ideſt difficilior ad obſeruãdũ
melior.i.vtilior obſeruantibus eſt tentanda:ideſt moliẽda mihi.De⁹
ſuadet ſup.mihi:ire.i.vt eã per altum.i.arduum iter.i.per ſemitã ſin-
gularis virtutis.(vñ Uerg.de litera pythagore.Nã via virtutis dextrũ
petit ardua callẽ.Difficileqʒ aditũ primũ ſpectantibus offert)q̃ ſi volũ-
tas aliena.i.diuerſa a volũtate dei eſt vobis.ſ.parentib⁹ meis:⁊ ſi non
eadẽ cura eſt vobis q̃ mihi.ſ.parẽdi diuine inſpirationi:date mihi ſup.
ſequẽti iuſſa diuina veniã.⁊ cõuertite mentẽ.i.voluntatẽ veſtrã:eo ſup.
quo celũ.i.rector celi fert.i.impellit nos.Mea virginitas ⁊ amor.i.cha-
ritas ⁊ auiditas aut votũ ſeu deſideriũ imortalis.i.ſp duratura ac du-
raturũ:pudoris impolluti.i.caſtitatis virginalis⁊ nõ polluẽde:fecere me
gratã tonãti.ſ.deo.ille.ſ.deus:fruit̃ meo amplexu:⁊ flore pudicitie:ideſt
virginitatis ſemp virentis.i.in vigore permanſure:ego potero fortaſſe
ſubire thalamũ.i.nubere:⁊ potero cõiungere tedas maritales.i.accipe-
re maritũ p ſacramẽtum matrimonij(Notũ puto tedas eſſe faces ex li-
gno reſine aut picis pleno factas:⁊ accipi p quibuſcũqʒ facib⁹:quib⁹
ſponſe nubẽtes ad maritũ noctu ducebãtur.vñ vir ducere:⁊ mulier nu-
bere:⁊ tede p nuptijs dicũtur.Uerg.enei.iiij.Si nõ pertęſuʒ thalami te-
deqʒ fuiſſet.(Ulla ven⁹.i.cõcubitus etiã licit⁹ ⁊ legitim⁹:nõ poterit ma-
culare.i.violare meũ cubile(Elegãter ſubticuit cõiũctionẽ:ſed aũt.vo-
⁊ ſimilẽ:q̃ quotiẽs verbũ repetitur repeti noluit:ſicut nec verba illis re-
petitis.vñ dices.Nubere poſſum:pollui nõ poſſum.vel ſic.Nubere poſ-
ſum:ſʒ nõ pollui:vel ſic.Nubere poſſuʒ:nõ aũt pollui:vel pollui p nõ:
nõ aũt ſic.Nubere poſſum:ſʒ pollui nõ poſſum:vt valla precipit)⁊ valla
ven⁹ nõ poterit maculare decus.i.ornamentũ virgineũ.i.virginitatis
mee.Ipſe pater:ſcʒ celeſtis q̃ dedit mihi hec vota.i.deſideria:vel qui de-
dit vt hec vouerẽ:q: deus opatur in nobis ⁊ velle ⁊ pficere vt dicit Au-
guſti.in epi.ad vitalem.vñ nõ volentis neqʒ currentis ſed miſerentis
eſt dei.Ro.ix.Cuſtodit mihi pudorẽ ⁊ nitorẽ caſti corpis:⁊ nullũ eum-
polluit mihi mẽtem.i.neq mente neq corpe polluar.hec eadẽ ſentẽtia
ideſt hoc idem ppoſitũ:mouit ſanctos vates.i.pphetas p̃cipue carmẽ
liras:vt heliã ⁊ heliſeum:⁊ habet magnos auctores.i.quos imitari de-
ceat ſectores:ne ego dicerer.i.cẽſerer forſan temeraria:et cõſuluiſſe.i.
pſpexiſſe male ppriẽ ſaluti:ſi ego fuiſſem auſa vadere p̃ma.i.ſine aucto-
rum exẽplo:per calles ignotos.i.viã incognitã:⁊ ſi auſa fuiſſem crede-
re:ideſt cõmittere:me ſolã vẽtis ambiguis:⁊ rũpere greſſu audaci : va-
da nõdũ cognita.i.ſi nouum ⁊ inauditũ genus vite ſola ⁊ ſine exemplo

Furor diuini cum ſpecies ponat plato q̃tuor non oẽm furorẽ eſſe malum dicendum eſt.

Teda.

Vñ de de-dalo dꝛ ꝙ primꝰ ve-la nauis ĩuenit ⁊ an-tēnam: et dꝛ ꝯpiuit ꝑiter inſuetum.

fineqꝫ auctoꝛe deo ingreſſa fuiſſem: quomodo temerarij videtur nautę ꝙ mare intētatū pꝛimi nauigārūt vñ Hoꝛatius pꝛimo carmi. Illi robur ⁊ es triplex. Circa pectꝰ erat: ꝙ fragilē truci. Cōmiſit pelago ratē pꝛimus: nec timuit aphꝛicū. Decertantē aquilonibꝰ. Helias magnus. ſ. ꝓpheta liquit clara veſtigia ꝑ hos calles. i. celibē ⁊ virginalem vitam ꝑduxit: et eliades. i. heliſeus ſocius ⁊ imitatoꝛ helie: viri. i. ꝙ duo viri ſunt pꝛoge-nies gratiſſima celo viſura diuos. i. ſanctos (vt Albertum ⁊ Simonem aliosqꝫ ꝗplurimos carmelitas) de ſuo ſemine. i. de ſua inſtitutiōe viuen-di. nō eñ ſi ꝑpetue caſtitatis auctoꝛes ſunt de ſemine carnali intelligē-dum. pectus meū ſtat ſic. Aut abſolute ⁊ imperſonaliter dic. Sic ſtat. sic placet ⁊ ſic decretū eſt mihi: ⁊ hec ſentētia tenet pectus meum im-motū. Ego oꝛo o tu genitrix patiare: dies veniāt ⁊ patiēter feras: ⁊ ſolare. i. cōſolare parentē. i. patrem meum: longeuum: ideſt ſenioꝛē: ⁊ ſciat ipe ſe-ſe eſſe tonanti cure: ideſt ad curā hoc eſt ſe curari a deo: ipſe ſcꝫ tonans deꝰ aderit. i. auxilio erit: ⁊ ſolabit: ideſt quouis ſolatio ſuuabit annos eiꝰ graues. i. grauatos: ſenio. i. ſenili etate. Sic virgo ſup. locuta eſt: et ma-trē amplexa lachꝛymantē receſſit. Noluit eñ diuinis monitis obſtare: nec potuit ſuis deſiderijs modū impo nere: ideoqꝫ receſſit anxia.

Digreditꝫ ad virgi. patriā deſcribendā

Muſas inuocat.

Narrat.

Hic marie natale ſolum. Per digreſſiunculam deſcribit patriā diue vir-ginis. Oꝛdo eſt. O pu-elle caſtalides: ideſt o vos muſe que caſta-liū fontē in phocide regiōe colitis memo-rare: ideſt recēſere: nar-rare paucis ſup. ver-bis aut carminibus ſolū natale. i. patriā marie. ſ. virginis ⁊ ſe-dē paternā: et genus antiquū (q: vero an-tiquū ⁊ a paucis me-moꝛatum: ideo cōue-nienter inuocat mu-ſas: quod in re apta ineptū eſſet. vñ Hoꝛa-tiꝰ in arte. Nec deus interſit niſi dignus vindice nodus incide-rit. Imitatꝫ autē illud vij. eneidos. Nūc age qui reges erato: ꝙ rē-poꝛa rex. Quis latio antiquo fuerit ſtatus

Hic marie natale ſolum: ſedemqꝫ pa-ternam

Et genus antiquum paucis memo-rare puelle.

Caſtalides: etenī memoꝛi vos omnia mente

Tempoꝛa: vos terre tractus pelagiqꝫ teneris

Et vos parthenice comites famuleqꝫ fuiſtis.

Eſt arabes inter cadmeaqꝫ ſidonis arua

Palmiferamqꝫ pharon lybicis: que iungitur oꝛis

Et mare quod lato fecundam gurgite cypꝛum

Alluit: aſſyꝛijs pars non ignobilis agri

Terra ferax: belloqꝫ potens: atqꝫ inclyta cultis

Vnius iudea dei: clara oppida claras

Suſcipit apꝛicis poſitas in collibus vꝛbes

Aſcalon hic: ⁊ gaza potens eraria quondam

Perſidis antique: magna ſedet edita mole

Fulta ſupercilio pꝛeruptiqꝫ aggere montis

Hic vetus andromade vinclis inſignis ioppe

Judea.

Aſcalon.

Gaza.

Andromade.

Antiqua prior illuuie:ſummo ardua colle
Regia rectã ſion: ⁊ pulchram ſuſtinet arcem
Imperij caput:⁊ ſolymi moderamina regni.
Illic ſolemnes aras dauidica proles:
Atq; candenti poſuit de marmore templa
Illuc ex omni turbe regione ſolebant
Dona deo ⁊ prime frugis portare maniplos
Illic triticee cereris domus inclyta chriſto
Conſcia naſcenti montanaq; nazareth:ambe
Illuſtrem tenuere locum:genus iſta paternum:
Altera maternum marie dedit:iſta tonantis
Conceptu felix:ortu felicior illa:
De patria ſatis hec:poſthac de ſanguine dicam.
Iſmerie ſoror anna fuit regalis origo
Et ſoboles magni veniens dauidis ab alto
Sanguine:zacharie coniunx ſata ſemine prime.
Tres triplici partu marias:tribus anna maritis
Progenuit:ſanctũ:⁊ ſummo genus ethere dignũ
Prima deo ſacros partus dedit:altera natos
Quatuor alpheo iudam ſimona iacobum
Et qui iuſtitie clarum cognomen habebat.
Tertia de natis tibi quos zebedee duobus
Edidit:ad calpen vnum tranſmiſit:⁊ vnus
(Si populi preſtanda fides rumoribus vlla eſt)
Viuus Amazonijs epheſi ſepelitur in agris.
Sicq; duos inter ſtuduit concludere natos
Regnantem latio chriſtum:Romeq; tenentem
Imperium:leuam tellus aſiatica dextram
Gens hiſpana tenet:regnũ inter vtrũq; latinum.

aduena claſſem. Cuȝ
primũ auſonijs exerci- Sion.
tus appulit oris. Ex-
pediaȝ ⁊c. Et illud in
eodẽ. Pandite nũc he- Tẽplũ ſa-
licona dee cãtuſq; mo lomonis.
uete. Qui bello exciti
reges q̃ſq; quẽq; ſecute
Cõplerint cãpos aci-
es:qb' iã tũ itala tũ flo-
ruerit terra alma vi-
ris:qb' arſerit armis
Et meminiſtis eñi di-
ue ⁊ memorare poteſ-
tis. At nos vix tenu-
is fame plabit aura.
In eo ãt q puellas vo
cat Iuuena. imitat ſa Nazareth
ty. iiij. dicentẽ. Narra
te puelle pierides:p-
ſit mihi vos dixiſſe pu Nunc ad
ellas. (Etenĩ. i. qz cer gen' vgis
te vos tenet(. oia tpa digredit.
mẽori mẽte:vos tene Iſmeria
tis tract'. i. regiones
terre: et pelagi. i. ma- zacha-
ris ⁊ vos fuiſtis comi rias.
tes ⁊ famule prtheni- Comes
ce. i. diue vginis vt pri' 'elegãtius
dictũ eſt. (Sane cõue cũ ordo q
nĩeret viſus ẽ ordo: cũ alio caſui
qz ornati' dixeris: ſuȝ annectit.
paulo comes: ⁊ pplo Alpheus.
dux: q ſit comes pau Judas.
li ⁊ dux pplt:tũ qz tur Simon.
pis coĩcidẽtia ſyllabe Iacobus
fuiſſet ſi i gtõ dixiſſet zebedeus
parthenices comites Sic cõple
(Iudea exhis ps non tuȝ eſt qõ
ignobiliſſime p lipro mater p ſi
tẽ figurã nobiliſſima lĩs a xpo
agri aſſyrij. i. regiõis popoſce-
aſſyrie ⁊ exhis terra fe rat mat-
rax vij pmiſſionis dr thei. xx. ca
⁊ potẽs bello vt ex io pite.
ſepho de bello iudai-
co videt lȝ atq; iclyta
i. clara ⁊ glioſa cultu
i. ppt cultũ vni' dei q

ſup.ſuſcipit.i.cõtinet clara oppida ⁊ claras vrbes poſitas.i.ſitas in co
libus.i.monticulis apricis.i.ſoli expoſitis nõ nemoroſis necvmbroſis.
Eſt inter arabes ⁊ arua ſidonis:illius ciuitatis que ſitũ hꝫ in pulcherri
mo cõtinentis portu:vt dicit Strabo li.xvj.de ijs locis ita loquẽs. Me
diterranea vltra pheniciã(que eſt ad mare rubrum)vſq; in arabes inter
gazã ⁊ antilibanũ iudea nominat̃ quare cũ iam celo ſyrũ pagrauerim⁹
iter in pheniciã deflectamus de cuius vna parte locuti ſumus que ab or

Sidon.

thoſio barutũ vſq; ptendit poſt barutũ eſt ſidon quadringẽtis fere ſta-
dijs ab ea diſtãs.Poſt ſidonẽ maxima ⁊ antiquiſſima phenicũ eſt tyrus:
que cũ illa ⁊ magnitudine ⁊ facie ⁊ antiquitate contendit:ſed poete ma-
gis ſidonẽ celebrauit adeo vt Homerus tyri non meminerit)cadmea.i.
a cadmo vt dicũt poſſeſſa: ⁊ pharon inſulam in ora egypti: palmiferam

Judea.
Gaza.
Tyrus.

i.palmarũ feracẽ:que iungit̃ oris lybicis maxime tyris:⁊ inter mare qđ
alluit.i.fluctu ferit lato gurgite:cyprum inſulã illam fecundã.i.fertilem:
hic.i.in hac regione.ſ.iudea Aſcalõ ciuitas illa nõ magna ſm̃ Strabo-

Gaza iu-
dee ciui-
tas a the-
ſauro ma
gno deno
minata.

nem cuius ager cepas precipue fert:⁊ gaza ciuitas illa a theſauro(nã ga
za apud illos dicit̃ denominata potẽs.i.diues exiſtẽs quondã eraria.i.
repoſitoriũ eris.i.fiſci aut theſauri:antique pſidis.i.regni perſarũ(era-
rium autem dr̃ ab ere:qꝛ prima pecunia erea fuit)ſedet.i.ſita eſt hic edi-
ta.i.extructa in edito.i.ſublimi loco magna mole(qđ ad gazã tm̃ refer-
tur fulta.i.ſuſtẽtata ſupercilioq; p.i.agere mõtis prerupti. Hic.i.in his
locis eſt ioppe vetus ciuitas illa antiqua.Juxta quã egypti ora mirũm
modũ flectit̃ ad aquilonẽ prius ad orientẽ extẽſa:hoc in loco nõnulli an
dromedã ceto expoſitã fabulis tradiderũt. Nã locus ſatis editus eſt vñ
dicũt ab eo hieroſolyma conſpici iudeoꝝ metropolim. Hec Strabo lib.

Androme
da a pſeo
perempta
belluã li-
berata fu
it:eiuſq; vi
cula ad-
huc ⁊ apđ
ioppẽ mvi
crore mo
numentũ
ſeruare di
uus hiero
ny.dicit.

xvj.Oui.lib.j.dicit.Sunt q̃ ethiopiã in noſtrã phenicẽ traducãt. Et res
de andromeda geſtas in ioppe contigiſſe dicãt.hec ille. Sane dicũt per
ſeum cũ occiſa gorgone in patriã remearet vidiſſe forte e loco excelſo an-
dromedẽ circa regna cephei ſcopulo ob crimen matris ⁊ ammonis ſen-
tentiã alligatã:⁊ marino monſtro.ſ.ceto expoſitã: parẽteſq; eius caſum
in littore deflẽtes:cauſa aũt cognita:cõiugiũ puelle cũ parentibus pepi-
giſſe eamq; liberaſſe:ceto q̃ ad eã deuorandã venerat interẽpto. Proper-
tius.Exoluit duris cãtibus andromedã Bellue huius q̃ ad deuorandã
andromedã venerat oſſa ex oppido iudee ioppe apportata:oſtẽdiſſe Ro-
me inter reliqua miracula fert̃ in edilitate ſua Marcus ſcaurus lõgitu-
dine pedũ.xl.altitudine coſtarũ indicos elephãtes excedẽte: ſpine craſſi
tudine ſeſquipedali:verũ cũ nuptie celebrarent̃ phineo cephei fratre cui
ante ſententiã puella deſpõſata fuerat:eã repẽte ⁊ vi auferre volenti pre-
lium intulit:multiſq; ex hoſtibus interẽptis reliquos oſtẽſo gorgonis ca
pite cõuertit in lapides.Mox quoq; in perſas pfectus ſubditã eam ſibi
nationẽ libero patre ſuperato a nomine ſuo nuncupauit ⁊ p ſepolim re-
giam vrbem ꝯdidit. Andromede aũt Cephei filia fuit ex caſſiopea vxore:
quem in ethiopia ⁊ ioppe vrbe ante diluuiũ(vt ferunt)condita regnaſſe
accole longiſſimo tẽpore affirmarunt:eo ſigno qđ tumulũ eius fratriſq;
phinei veteres cũ plurima religione retinerẽt.Hec Sipõtinus.Eſt ergo
vetus ioppe:in ſignis vinclis andromede quib⁹ ligata dũ ceto expone-
retur dicit̃(Declinatur aũt latine hec andromeda:⁊ grece hec andrmedian
de)exiſtẽs prior antiqua illuuie ideſt inundatione aquarũ: quia dicunt
eam conditam ante diluuiũ:et ſyon ciuitas illa hieroſolymitana ardua

i.ſublimis appoſitoꝛie regia tecta.i.que eſt domus regia ſedet ſupple in ſummo colle.i.in editioꝛe parte eius regionis: et ſuſtinet pulchꝛā arcem ſcꝫ templum Salomonis: ⁊ domum regiam appoſitoꝛie: caput imperij et moderamina regni ſolymi.i.hieroſolymoꝝ ⁊ iudeoꝛum. Proles daui dica:ſcꝫ ſalomon poſuit illic ſolemnes aras:ſcilicet in templo a ſe cōſtructo:⁊ poſuit alta templa de marmoꝛe candenti. Turbe ſcilicet iudeoꝛum ſolebant poꝛtare illuc.i.ad illud templū ex omni regione:deo dona ⁊ maniplos pꝛo manipulos pꝛime frugis.i.pꝛimitias fruguꝫ ſuarum. Dom⁹ cereris triticee.i.vbi eſt copia frumēti ⁊ pcipue tritici:vel in qua Roboā poſuit ciboꝛum hoꝛrea:vt dꝛ.ij.para.xj.inclita.i.clara ⁊ nobilitata:conſcia xpo naſcēti.ſ. bethleē:⁊ nazareth ciuitas illa galilee tenuere illic.i. in regione iudee:illuſtrē.i.clarū locū. Iſta.ſ.nazareth dedit marie gen⁹ paternū:altera.ſ.bethleē dedit marie gen⁹ maternū.i.ex parte pris erat oꝛiūda a nazareth.vn̄ miſſus ē angel⁹ gabꝛiel ad eā cū eēt domi paterne in ciuitatē galilee cui nomē nazareth.⁊ ex parte mr̄is erat de bethleē ciuitate Dauid:q: de pgenie dauid fuit. Iſta.ſ. nazareth eſt ſup.felix conceptu.i.pceptione tonātis.i.filij dei viui quē in nazareth de ſpū ſcō pcepit illa.ſ.bethleē ē felicioꝛ oꝛtu.i.natiuitate tonātis.ſ. xpi hec ſatis ſup. dicta ſunt aut dixi de patria.ſ.diue virginis.i.natali ſolo. (Nā errāt qui dicūt reges habere multas patrias:cū mltas regiōes poſſidēt.) Ego di cā poſthac.i. deinceps de ſanguine.i.pgenie marie. Anna.ſ.mr̄ v̄ginis fuit ſoroꝛ iſmerie:extitēs oꝛigo regalis ⁊ ſoboles veniens.i.deſcendens a ſanguine magni dauidis.ſ.regis. Cōiunx zacharie:patris diui baptiſte.ſ. ſancta elizabeth eiuſdē mater.ſata.i.genita eſt ex ſemine pꝛe.ſ. iſmerie. (Nā vt egregi⁹ vir ⁊ religioſoꝝ columē Ioā.trithemius ſpāhemēn. abbas in vita diue anne ſcripſit. Btiſſima anna erat de tribu Dauid oꝛta ex bethleē patre Stolamo:matre v̄o emerētia: parētib⁹ ſm̄ legis decreta religioſis:q̄ eā vna cū ſoroꝛe iſmeria in timoꝛe dn̄i ab infantia nutrierūt. Videt aūt pꝛioꝛ.i.antiqoꝛ fuiſſe iſmeria:q: vetula erat elizabeth cū maria adhuc eſſet iuuēcula:vnde hic dꝛ pꝛime:vbi mallē dixiſſe pꝛioris.) Anna pgenuit tres marias triplici partu.i.trib⁹ diſtinctis partub⁹ ⁊ tribus maritis. Appoſitoꝛie gen⁹ ſctm̄.q.d.marias exiſtētes gen⁹ ſctm̄ ⁊ dignū ſummo ethere. Pꝛia ſup.maria.ſ.filia Ioachin ⁊ cōiunx Ioſeph dedit deo ſacros part⁹:q: peperit vnigenitū altiſſimi patris ſine viri ſemine. Altera.i.ſcōa maria filia.ſ.cleophe ⁊ coniunx alphei:dedit alpheo quatuoꝛ natos.i.filios:iudā:ſimona: iacobū.ſ.minoꝛē.⁊ ſup.eū q̄ habebat clarū cognomē iuſtitie.ſ.ioſeph iuſtū. (Aduerte lectoꝛ q̄ iacob⁹ ſicut cetera que i cum vocali in pꝛima ſyllaba habent pꝛimam ſyllabā diuidit: vt ſit iacobus tetraſyllabū cuius penultima longa eſt:vn̄ Claudian⁹. Ne laceres verſus dux iacobe meos. Peccant qui eam bꝛeuē pꝛoferūt.) Tertia:ſcꝫ maria ſalome filia ⁊ zebedei vxoꝛ:tranſmiſit vnum id eſt alterum de duob⁹ natis.i.filijs quos zebedee edidit.i.peperit:tibi ſcilicet iacobū maioꝛē:ad calpem.i.montē illum hiſpanie vbi viſitur nunc:⁊ vnus.i.alter:ſcꝫ Ioānes euāgeliſta.ſi vlla fides.i.credulitas eſt pꝛeſtāda rumoꝛib⁹ populi:ſepelit̄ viuus epheſi in agris amazonijs in regione illa aſie:de quo Hierony.in pꝛologo euangelioꝛum eius. Hic eſt ioānes q̄ ſciēs ſupueniſſe diem receſſus ſuis cōuocatis diſcipulis ſuis in epheſo p multa ſignoꝝ experimēta pꝛomens xp̄m:deſcendens in defoſſum ſepulture ſue locum facta oꝛatione poſitus eſt ad patres ſuos tam extraneus a dolo

Vn̄ p pꝛopheta dꝛ: ⁊ tu bethleem terra iuda nequaquaꝫ es minima in pncipibus iuda: ex te enim exiet dux qui regat populum meuꝫ iſrael.

Parētes diue āne.

Iacobus (cū p dieresim vt q̄ eam putauerūt) quadriſyllabū ieſuſq; ⁊ Ioſeph triſyllabū hꝫ pferri.

re mortis ꝙ a corruptiõe carnis inuenit̃ alienus. hec ille. Sane rumor eſt nihil illic preter manna inuẽtũ ſub quo quaſi anhelãtis corporis motum percipi dicunt. ¶ Et ſic ipſa maria mater filiorum zebedei de qua d: Mat. xx. Tunc acceſſit ad eũ .ſ. ieſum mater filiorũ zebedei cuz filijs ſuis adorans ⁊ petens aliq̃d ab eo. Qui dixit ei. Quid vis. At illa. Dic vt ſede ant hũ duo filij mei: vnus ad dextram tuã: ⁊ vnus ad ſiniſtram in regno tuo ⁊c. quia ergo chriſtus in petro ⁊ vicarijs reliquis rome regnat videt̃ Jacobus ſitus eſſe a dextra ⁊ Joã. a ſiniſtra. vnde ait.) Sicq̃ ſup. tertia maria ſtuduit concludere chriſtum regnãtẽ in latio ⁊ tenentem imperiũ rome inter duos natos et tellus aſiatica vbi ioannes ſepultus eſt tenet leuam .i. ſiniſtram: gens hiſpana vbi iacobus eſt tenet dextrã ⁊ regnum latinum .i. romanũ eſt inter vtrãq̃ .ſ. aſiam ⁊ hiſpaniam: ⁊ ita chriſtus in medio regnat. Et hec de primo libro.

¶ Andree Vaurentini Serrani in ſecundum parthenices Mariane. F. B. M. deſcriptio.

¶ Meſta domũ mater Nymphe: ſz nota voluñtas
Conſilium cogit: Monitis interrita perſtant.
Parthenice: vates diſcuſſis nocte tenebris.
Quid faciat diſcit: iuſſos citat ergo tribules.
Ad delubra: ferant virgas iubet: ocius adſunt.
Sollicitat manes agabus: ſed duxit ioſeph
Ad monitus flammis nõ indulgere. Salutat
Aliger intactã. Que trans mõtana peragrat
Ad ſterilem: vẽtrem nouit tumuiſſe reuerſe
Vir: didicit cauſas. Agitans conuiuia leti

¶ Proſequit̃ ⁊ deſcribit. V. ſcʒ librũ Parthe. Meſta mater anna triſtis: tali filie reſpõſo qd̃ legi ſatis nõ reſpõdebat. Domum redijt ſub hieruſalem relicta. vnde anxia reſponſo genitrix in tecta redibat mẽta mouens animo neq̃ ſententia nate viſa ſatis legi priſciſq̃ accommoda patrũ ritibus. Nota voluñtas ibi tandẽ prolata pallor peruenit ad ipſas ſacrorum ⁊ templi doctas antiſtitis aures. Nymphe virginis marie cõſiliũ cogit. Cauſam dat cogendi pontifici. Nam ipſius imperijs altam conſcendit in arcem conſilium venere ſenes enigmata legum rimari ſoliti. Monitis interrita perſtat .i. firmior fit. Admonetur ab angelo ne timeat nympha puellarum celo gratiſſima ſalue. ⁊ poſt. Ne trepida tua vota pater firmauit et auxit. Vates pontifex diſcit ab angelo. Naʒ tertia lux aderat poſtq̃ vulgata ⁊c. ⁊ poſt. Tũ diuina preces mens q̃ non deſpicit equas. Ad ſummũ ſecreta dedit rñſa coragũ. Diſcuſſis tenebris ignorantie nebulis remotis iuſſa citat. Sacerdotes vocat Tribules ꝑcepit enim angelus. Sumere thraicia virgas de frõde tribules. Quemq̃ ſuã ⁊ ferri ſumptas in tẽpla iubeto. Et iuſſitq̃ ſolutos cõnubio acciri. Sollicitat manes agabus q̃ ſuis magicis experiri voluit num ſperare liceret virginem hic. Hoc vnus veritas artes edoctus ⁊ alta. Sʒ duxit ioſeph in vxorẽ duxit non talia ſperans. Nam deus claras ſtudiũ cui fallere mentes. Frigentẽ ⁊ caſto ſolitum ſeruire pudori. Elegit de plebe virum ⁊ hinc mane reuertunt̃ ſcrutatiq̃ʒ ordine virgas: vt videre ſenis ſummũ frondere cacumen. Et duci

tur in medium ſenior. Admonitus flammis nō indulgere veneri operā dare hic dumq; ita feruet opus ſponſi de⁹ ora ſopore preſſit. Et teneros tibi iungimus annos. Nō feram vt fruſtra in venerem tua languida virtus ardeat. Amplexus in gremiū v̄ginis huius ire caue. Salutat aliger gabriel mariam: dum cum locum eſaie legit qui virginē pariturā canit. Dumq; ita celeſti mentē ſuccenſa calore. In laudes ignara ſuas p̄rūpit olympo labitur. & poſt. Pone metus inquit ſuperis gratiſſima virgo. Ad ſteriles: ad elizabeth que vocata eſt ſterilis. deſcribitur enim virginis ad elizabeth cognatam viſitatio hic. Plena deo mater fetuq; animola latē ti. Uentrem nouit tumuiſſe reuerſe: in patriā hic tū vir occurrēs vt v̄ginis ora reuerſe palida cōſpexit tumidūq; exurgere ventrē didicit cauſas quas angelus ioſephum docet. Scrē ſenex q̄ tanta tua veſania mentem. Agitant conuiuia leti. Talibus admonitus diſcuſſio mēbra ſopore. Explicat & largo ſenior conuiuia luxu. & alia plura.

Ꝯ F. Baptiſte Mantuani Carmelite theologi. Parthenices Mariane Liber ſecundus.

Anna reſponſo genitrix in tecta redibat.
Multa mouēs animo: nec eſſ ſententia nate.
Viſa ſatis legi: priſciſq; accommoda patrum.
Finibus: in vacuos etenim: partuq; carentes
Experteſq; thoros ſobolis ſuperoſq; deumq;
Iraſci: tunc fama fuit diuumq; minari
Suppliciū in ſteriles veteres: multo añ maritum
Non aliam ob cauſam paſſim cōuitia norat.
Summo tum q; procul tēplo ſpectantibus ipſis
Ciuibus: & triſtem caſum miſerantibus vltro.
Namq; vir ardentes votū poſiturus ad aras
Ante habitam prolem: dū ſe in ſecreta tuliſſet
Templa: ſacerdotū ſtrepitu diſcedere ſacro
Ex adito iuſſus fuerat: turpemq; repulſam
Paſſus: & hoc patriam fugiēs ob dedec⁹, vrbem
Rus coluit: pluresq; latēs inglorius annos
Duxerat in luctu triſtem ſine coniuge vitam.
Sicut vbi amiſſo thalami conſorte per agros

Anna reſponſo genitrix. In hoc p̄ncipio ſcdi libri redit autor ad narrationē principalis inſtituti: docetq; qua anxietate ſcriſſima mater āna ex tali v̄ginis ſacroſancte reſponſo p̄culſa domum redierit & q̄s ſermones q̄ſq; rationes ſecum inter redeundum voluta bat: que omnia ex decoro perſonali: de prompta ſunt. decet enim matronam prudentem in re tam noua ſollicitam habere mentem. Nactus autem occaſionem inſerit que pri⁹ more poetico omiſerat: quo videlicet mō Joachim ob ſterilitatē templo exploſus fuerat: quo propoſitū ac votū virginis dānabilis videbatur. Or vero oia ſatis expoſita ſūt: ordinē duntaxat collige

Steriles cōtempti

Interſerit nūc autho: q̄ pore libro cōſulto reliquerat. Cur ex tē ſplo explo ſus ioachī

Sola volat turtur: nitidis nec potat in vndis
Ne comitis priſci triſtetur imagine viſa;
Nec videri poſthac fertur conſidere trunco
Sed miſeram diuina ſenis clementia fortem
Proſpiciens/ annec preces: et dona gementis.
Miſit olympiaca celerem de ſede miniſtrū/
Qui dedit hec mandata viro: tua tecta reuiſe
Conſortem ſolare, egram: meſtoſq penates.
Anna tibi letos partus prolemq datura eſt
Femineam/ magno ſcēt dabis omine nate
Fatidicum ductuq maris deſidere nomen/
Et mariam dices: ſanne mādata miniſter
Attulit/ hec eadem miranti q inſuper addit
Hos monitus: limen note pete cōcita porte/
Qua tibi rus itur: ſacris hic magne peractis /
Obuius occuret coniunx: greſſu illa citato
Venit ab vrbane (que dicitur aurea) porte.
Limen: et offendit redeuntē rure maritum/
Illic ſuſcepti hoſpitio cōmunis amici
Amplexu: longiſq vna ſermonibus illam
Conſumpſere diē: et certi de prole futura/
Magne ſuos petiere lares gauiſa reuerſum
Tota domus largo: dominū ſuſcepit honore/
Hic igitur, meſto voluens ſub pectore mater/
Egra fatigabat tacitis precordia curis:
Et gradiens tali ſecum ſermone locuta eſt.

Cōparatio turturis natura

Angel' ad ioachim.

maria vñ dicitur

Angel' ad annam.

Anna ad portaȝ aureā offendit ioachī

Gauiſa domus Joachim reditu.

ro q̄ talis ē. Genitrix idest mater virginis ſcȝ diua āna anxia rū ſo.i. ꝓpter rūſum ſilic ſiue redibat in tecta.i.i domū ſuā: mouēs.i. ꝟſans et agitās aīo multa. Eſt autē ꝟgi. vñ eū.iū. Multa mouēs animo nymphas venerabar agreſtes. Enim pro quia. ſententia gnate. i. filie videlicet marie: nec idest nō eſt viſa ſatis accōmoda.i. cōſona legit priſcis.i. antiq̄s ritibus. idest inſtitutis: obſeruationibus et tradititionibus patrū.i. maiorū ſuorū. Etenim.i. quia certe fama fuit tunc (bene tunc: quia nunc virginitas fecūdiſſimo matrimonio prefertur) ſuperos.i. oēs ſpirit' celeſtes et deum ipſuȝ iraſci: in.i. cōtra thoros vacuos: et pro.i. carētes partu et expertes.i. nullam habentes partē ſobolis.i. prolis: et deum et ſuperos minari dirū idest execrabile ſuppliciuȝ ſcȝ maledictionē: l veteres ſteriles. et ſupple anna norat: mari rū ſuū: ſcilȝ Joachim (quē tū nō nominat vel quia aſperum nomen eſt: vel quia nouerat graues viros: vt Auguſtinū contra fauſtū de nomine prīs diue ꝟginis dubitaſſe) paſſum cōuitia.i. exprobratione et contumelias: ob nō aliam.i. ob eādē cauſam: videlicet ob carentiam prolis: et ſubmotum: idest expulſum aut ſemotum.i. ſeparatum procul templo.i. a templo: ipſis ciuibus.i. vicinis ſpectantibus et miſerantibus vltro: idest non inſtigatis ad hoc alium•

de ꝙ a natura hūana que ad pietatē prona eſt. (Unde humanitas dicit̄ ea virtus qua miſeros hūane amplectimur) caſum .i. euentū illū: triſtē .i. dolēdū: q: caſu nō vitio ſuo ple caruit. Nā vir .i. marit⁹ eius poſiturus votū .i. rē votā: videlicet vitulū agnū aut hedulū añ aras ardētes .i. incē-ſas vt faceret holocauſtū: et dū tuliſſet .i. intruſiſſet ſe ante plē habitā .i. priuſꝗ prolē haberet: in tēpla ſecreta .i. nō oib⁹ patētia: ſꝫ ſolis parētib⁹ cōceſſa: ipſe fuerat iuſſus: ſtrepitu .i. cū increpatione et exploſiōe ſacerdo-tum diſcedere ex adito .i. loco quem ei adire nō licebat ſacro .i. ſacerdoti bus et rite ſacrificaturis conceſſo. (Noꝛis grammatice hoc aditū eſſe grecum vocabulum: dicit̄ eñi ab a que eſt priuatiua particula: et verbo (dio) qd eſt ſubeo: quia ſoli ſacerdoti illum locū adire apud gētiles licebat. Unde Seruius aditum inquit eſt locus templi ſecretior: ad quem nulli eſt aditus niſi ſacerdoti. hec ille. Eſt ergo aditū ſiue aditu: aditus eñi dicit̄ ab adeo verbo: qd cōpoſitū eſt ab ad et eo. et ſcribitur latino: hic vero accipitur aditū ꝓ eo loco in quo ſacrificia ferebant quē ſterilibus adire nō licebat) et vir paſſus repulſam .i. reiectionē turpem .i. infamantē et exprobroſam. et fugiēs ob hoc dedecus .i. vituperiū vrbem patriā .i. natalem .ſ. nazareth: coluit rus cum paſtoꝛibus .ſ. degens: et ipſe latens inglorius id eſt ignobilis et ſine gloꝛia vt vilis et abiectus: plures annos (ſic etiā prius dictū eſt: vir pluribus exulat annis: vbi ſententiā noſtrā poſuimus) duxerat vitā triſtem in luctu ſine coniuge. Sicut turtur amiſſo cōſoꝛte thalami .i. maſculo cui vt marito coheret volat ſola ꝑ agros (quia dicit̄ ad ſecundum non tranſire) nec potat in vndis nitidis: id eſt aquis lympidis et imaginē referētib⁹: ne triſtet̄ viſa imagine ſua .i. ſpecie ſua ꝗ eſt imago pſci comitis. (Nil eñi eſt ſimilius turturi maſculo ꝙ turtur femella) nec pro et nō: et fertur nō cōſidere .i. capere ſedē aut deſcēdere ad capiendū ſedem: poſthac .i. poſt amiſſum conſoꝛtē ſup .i. in trunco viridi .i. ramo virēte: ſed diuina clemētia proſpiciens .i. miſericoꝛditer: poꝛro .i. de lōge aſpiciens (quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: dominus de celo in terrā aſpexit) miſeram ſoꝛtē .i. miſerandam conditionē: ſenis .ſ. Joachim et proſpiciens ꝑces et dona .i. elemoſynas anne gemētis: miſit celerem miniſtrū id eſt angelū de ſede olympiaca .i. celeſti: qui dedit viro hec mandata. O Joachim ſup. Reuiſe .i. abi iterum viſum tua tecta .i. domum tuā: et ſolare (cōſolamur enim verbis: ſolamur rebus: vnde hic ꝓprie poſuit) cōſoꝛtem: id eſt coniugem tuā egrā .ſ. animo .i. meſtam et dolentē: et penates: id eſt domeſticos tuos meſtos. Anna datura eſt tibi partus letos: et prolē femineā: tu dabis ſancte nate .i. filie magno hoie .i. future rei iudicio nomē fatidicū .i. illic fataliter debitū et deductū de ſidere maris: q: enim maris ſtella eſt mariā dictā vult: vnde ſubdit: et dices .i. vocabis eā mariā. (Sed attende lectoꝛ ne falſo authoꝛem culpes: mariā etiam hebꝛaice: vt author eſt hieronymus. ſtellā maris dici: aliter non dediſſet hebꝛeo nomini latinā etymologiam. Bene autem penultimā coꝛripit moꝛe latino: et ante illā quia que maſculina in ius hñt: ia coꝛripiunt: vt lucius: lucia: anaſtaſius anaſtaſia: marius maria: nec obſtat ꝙ mariam hebꝛeum nō deduci contendas a latino: quia et hebꝛea vocalem ante vocalē paſſim coꝛripiūt vt ait Helias: licet imperiti cōtra pꝛoferaut) et miniſter .i. angelus attulit Anne hec eadem mādata. et addit pro addidit Anne ſup .i. inſuper .i. vltra māda-ta viro data: hos monitus (Dicitur etiam hoc monitū) tu cōcita .i. feſtina pete limen .i. ingreſſum poꝛte: note .i. quam noſti .ſ. qua .i. per quē itur

Aditū ps tēpli ſecretior: ſolo ſacerdoti acceſſibilis: et adit⁹ interitus.

Coꝛripuit et ante illā catullus foꝛmoſus ait mariā ducit hoc noꝛi⁹. et iuuec⁹ ſiſtit ad marie.

templū ubi legi' ieſus

tibi.i.tu ire ſoles rus ⁊ mane hic .i. illic.i.in illa porta:peractis ſacris.i. poſtq̄ ſacrificaueris cōiunx.i.maritus tuus occurret tibi obui'. Illa:ſcʒ Anna venit greſſu citato.i.accelerato ad limen porte vrbane que dicitur aurea:⁊ offendit:ideſt inuenit illic maritum redeuntem rure: et ipſi ſuſcepti illic hoſpitio.i.in hoſpitium: amplexu.i. per amplexum cōis amici: ideſt hoſpitis qui ambos beniuole accepit.eo ꝙ vtriuſq; amicus ipſi cōſumpſere vna.i.ſimul illam diē longis ſermonibus narrātes.ſ. mandata celitus miſſa:⁊ ipſi certi de prole futura:petiere mane ſuos lares.i.domum ſuam (honeſte noctem in qua proli operā datam ſignificat ex eo ꝙ dicit certos de prole futura rediſſe preterit. ſic tamē vt illic manſiſſe intelligant:nam ſi totā diem ſermonibus conſumpſerunt ⁊ poſtridie primum reuerſi ſunt:certum eſt noctem illam in vrbe manſiſſe: vbi genitam diuam virginē innuit) tota domus.i.familia gauiſa dominū.ſ. Ioachim reuerſum ſupple eſſe ſuſcepit ſup.cū:ſubaudi cū (non cū inſtrumentum: ſed comitantiā hic ſignificat) largo honore. Igit mater voluens hec ſub meſto pectore.i.repetens ⁊ agitans ſecū hec omnia: fatigabat precordia ideſt intima viſcera ſua:egra.i.anxia ⁊ meſta tacitis curis:ideſt ſollicitudinibus:et ipſa gradiens:ideſt abiens domum:locuta eſt ſecum:ideſt in animo tali ſermone qui ſequitur.

Oro querimonijs plena āne a virgīe redeuntis.

Hoc frequentiſſimum.

Se ſolat.

Cure. hec deploratio diue anne feminine affectiōis: ⁊ inſtabilitatis plena eſt: hʒ tn̄ grauiuſculas ſentētias q̄s decēter a maiorib' ſe vidiciſſe atteſtat. Iterum tn̄ q̄buſdā diſplicet ꝙ aiacis ⁊ oreſt furias tam ſanctam matronā meminiſſe dicit: verū excuſatur quia non legiſſe ſed a pr̄e audiſſe dicit quas vt ordinē proſequamur ſic habeto. Aiax thelamonis vir fortiſſimus ⁊ marte ſtrenu' poſt mortē Achillis euſdē arma que vulcan' thetidi fabricauerat ſibi vēdicare cōtra Vlixē conatus eſt vt horatius. ij. ſermonū. ⁊ Ouidius in prīcipio. xiij. Metham. late proſequūtur. ve

Cure o vani p poſteritate labores

O dolor: o pietas: infortunata parentum.

O ſtudium infelix: vbi res:et tempus et ipſa

Viſcera ⁊ exhauſtas in ſollicitudine mentes

Triuimus:vt canis caput aſperſere dolores

Linquimur: immemores demens incuria natos

Separat a nobis/meritorū oblita propago

Non equat curas:⁊ non reſpondet amori

Sed q̄d te fruſtra miſeram coquis anna:qđ ipſi

Fecimus:hoc patimur:patres vt amauimus ipſi/

Sic noſtrum nos ſemen amat/taxamur eodem

Iudicio:ſic fata ferūt/ſuſpiria perdis.

Iſte modus rerum mūdi productus ab ortu.

Tranſmeat ad gentē per ſecula noſtra futuram/

Singultire potes:turgentia lumina fletu.

Exhaurire licet:ſed ferrea fata mouere

Non poteſ aerei pellant ſine carbaſa venti.
Quod dederit fortuna libens amplectere littus.
Forſitan vtilius ꝙ tu tibi conſulet aura.
Conqueſtum dauida diu pueroqꝫ iacenti
Produci petijſſe dies auertere mortem
Non valuiſſe ferũt: audit deus oĩa/preſtat
Optima/mortales audent orare: quod optant.
Opprime ſucceſſum ſtudijs melioribus ignem
Nec ſine ſupremas animi dolor occupet arces
Talibus (vt fama eſt) curis dementia quoſdam.
Cepit: τ in ſaltus: atqꝫ in deſerta ferarum
Auſtra tulit: pater aiacem narrare ſolebat
Inſanum: mactaſſe pecus dum quereret hoſtem/
Et furias idem memini recitabat oreſtis/
Quem comes ad ſythice vexit delubra diane:
Magna quidem credo quotiens pugnat in agris
Aduerſeqꝫ volant acies in prelia ſurgit
Tempeſtas: ſed mens etiam cum nocte dieqꝫ
Sollicitis agitur ſtimulis/in pectore magnos
Extollit ſtrepitus: τ grandi corda pauore
Concutit/τ recte terrici dixere parentes
Quatuor aduerſis miſcentur vt equora ventis·
Eoo: zephiro: lybico: gelidoqꝫ aquilone
Sic totidem noſtras ingenti turbine mentes
Subuerti furijs: pectuſqꝫ in prelia mittit;
Spes leuat arrectos: metus alto a vertice fluctus
Deijcit: hinc animũ pulſat furibunda voluptas/
Inde dolor: τ fluctus ceu fracti fluctibus altum
Clamorem ingeminant: piceis abſcondita nymbis
Nec radios fundit ratio: nec vela gubernat.

rũ cũ facũdia vlyxis viciſſet. (nã vt dicit Ouidius. quid facundia poſſet. Tũc patuit fortiſqꝫ vir tulit arma diſertus) Aiax im patiens irarum in furorẽ verſus noctuqꝫ in agamẽnona vlyxẽ diomedem menelaũ ceteroſqꝫ principes irruere putãs in ſtabula incidẽs oues τ boues iugulauit: qua re poſtridie a ſe cognita: timore infamie ſe ipſum interemit: τ vt fabulat Ouidi' ĩ hiacinthum florem in quẽ hiacintus prius cõuerſus fuerat trãſformat' eſt. Oreſtes autem agamemnonis τ clytẽneſtre fili': poſt ꝙ matrẽ cũ egiſto ei' meccho eo ꝙ patrẽ a bello redeuntem interfeciſſent interemerat vmbris maternis agitatus in furorem verſus eſt et a pyla de amico ad dianam perductus τ ab iphegenia ſorore que illic ſacerdos erat agnit' tandem liberatus eſt. Notiſſima eſt fabula τ ſepe a tragedis acta vnde dicitur .iiij. eneidos. ſcenis agitatus oreſtes. τ in prima ſatyra Juuenalis. plena iam margine libri Scriptus et in tergo necdum finitus oreſtes. Ordo eſt. O cure o labores pro poſteritate: id eſt prole q̃ poſt nos viuat: habẽda va

Metaphora a nautis.
Dauid.
Aiax.
Se adhortatur.
Quoſdam vt dolor ad inſanias vertit.
Oreſtes.
Tẽpeſtas ex bellis.
Mentis ſtrepitus.

Felices quicunqȝ iſtis a fratribus altam
Viſuri pacem/loca ſunt in tuta recepti
Nam neqȝ mens vllam ſecus eſt habitura quietē:
Nec letos ſenſura dies:nec dulcia ſecla.

O nolati uo & accuſatiuo et verō caſi⸗ bus iũctũ inuenitur

ni.i.inanes (Notum eſt o trib' iũgi.nolatiuo:vt in achilleide.o dolor o ſeri materno in corde dolores. et enei.primo. O fortu⸗ nati quorum iam me nia ſurgunt.Accuſati uo vt in Geor.O fortunatos nimiũ bona ſi ſua norint agricolas. Et in pma ſaty.pſij.O curas hoim o quãtũ eſt in rebus inane.ſȝ maioꝛ vehe⸗ mētia in actō cũ o expreſſo q̄ in nominatiuo & vocatiuo:vt O melibee: de' nobis hec ocia fecit)o dolor o pietas parentũ infortunata.i.nō pro ſperum ſucceſſum habēs:aut cui nō correſpondet obſequiũ prolis:o ſtu diũ.i.conat' infelix:vbi.i.ex quo nos triuimus.i.cōſumpſim':res.i.fa⸗ cultates noſtras:& tēpus:& ipſa viſcera.i.precordia noſtra(tũ viſcera oēs carnē ſignificãt)& mētes exhauſtas.i.efferas & abſumptas in ſollicitudi ne:vt.i.poſtq̄ do lores aſperſere caput ſup.nr̄m canis.i.capillis caneſcē tibus(Caniciē aũt a dolore cauſari atteſtat̄ boeti' carmine primo pri⸗ mi lib.dicēs.Intēpeſtiui fundunt̄ vertice cani.Et dolor etatē iuſſit ineſ ſe ſuã.)nos liquimur.i.deſerimur & deſtituimur a liberis:incuria.i.ne gligētia demēs.i.male affectata aut male ſana ſepat natos.i.liberos immemores.i.oblitos noſtri a nobis(Oportet vt hec generaliter dicta intelligamus:nō eñ ſm hũc authorē iã natos habuit:ſȝ liberos:q: libe ri a Terētio de vnica puella dicunt̄.gn̄aliter aũt dicta eſſe oſtēdũt ſequē tia)ꝑpago.i.propagatio & gn̄atio nr̄a:oblita meritoꝝ.i.bn̄ficioꝝ a parē tib' impēſorũ nō equat.i.nō facit equales curas.i.ſollicitudines libero rũ in parētes:ſollicitudinib' parentũ in liberos:& nō reſpōdet amori.ſ. a parētib' impenſo.Sȝ o Anna(v̄ba ſunt anne loquētis ad ſeipſam:ſi⸗ cut I buc.Ah coridō coridō q̄ te demētia cepit.Et enei.iiij.Que mētē in ſania mutat.Infelix dido:nūc te fata impia tãgũt.Tũ decuit cũ ſceptra dabas &c.)Quid.i.ad q̄d:coquis.i.emaceras & torques curis:te miſerã fruſtra.i.in vanum.nos patimur qđ ipſi fecimus.i.ſicut nos nō reda⸗ mauimus parētes noſtros quantũ nos amauerunt:ita nec proles nr̄a q̄ nobis morigerari nō vult:nos nō tãtũ radamat &c.Ut.i.quemadmo dum ipſi ideſt nos amauimus patres:ideſt parētes noſtros ſic ſemen nr̄ȝ.ſ.ples noſtra amat nos.nos taxamur.i.dãnamur aut iudicamur eodē iudicio.fata.i.influentie naturales:ferunt.i.volunt inſtituuntqȝ ſic.tu per ſuſpiria.i.fruſtra ſuſpiras:iſte modus rerũ ꝑductus ab ortu mũdi:trãſmeat.i.trãſit per ſecula.i.tempora noſtra:ad gentē futuram poſt nos ſcȝ Tu potes ſingultire:& licet.i.conceditur tibi exhaurire:id eſt euacuare aut exiccare lumina turgentia.i.oculos turgentes fletu.ſȝ tu non potes mouere.ſ.a ſtatu ſuo:fata ferrea:ideſt inuincibilia:ſine.i. permitte igitur:vt ſup.venti aerei.i.in aere exciti:pellant.i. impellant. carbaſa.i.vela tua:hoc eſt ſequere imperiũ fatorũ.(vñ Vergili' libro.v. Quo fata trahunt retrahuntqȝ ſequamur)amplectere libens littus qđ fortuna dederit(q: eñ ſm Senecam fata ducunt volentem:nolentem trahunt:ne quid cōtra voluntatem accidat ita volendum eſt vt fata de uſqȝ volunt.vnde Comicus in andria.Queſo edepol Carine:qm̄ non poteſt fieri id quod vis:id velis quod poſſis)aura:ideſt vētus & impet'

Fata an trahãt vel inclinent quēpiam

fatorum conſulet forſitan tibi vtilius ꝙ tu: idest forte melius inueniet ꝙ ſi
eo modo quo vis contigerit (permanet aūt in metaphora ſumpta a nau
tis: qui in alto deprehenſi: vento obſecundent oportet: ſepe autem que cō
tra voluntates euenerunt multis profuerunt: vt error viarum auguſtino
quo ab arrianis ſaluatus eſt: ⁊ innumera alia aliis. Sancte autē de hac
re loquitur Juuena. in finem ſaty. x. dicens. Si conſilium vis permittes
ipſis expendere numinibus qd conueniat nobis rebuſq ſit vtile noſtris.
Nā pro iocundis aptiſſima queq dabunt dii: carior eſt illis homo ꝙ ſibi:
nos animorum Jmpulſu ⁊ ceca magnaq cupidine ducti Coniugium pe
timus partumq vxoris: at illis. Notum qui pueri qualiſq futura ſit vxor
⁊c.) Ferūt. i. dicūt. ſ. legiſperiti ⁊ qui regū hiſtorias ſcripſerunt (vnde no
ue dixit ferunt de re. ſ. tam certa que. ij. Reg. xij. ad vnguē explicatur. vbi
dicitur deprecatus eſt dauid dominum pro paruulo: ⁊ ieiunauit dauid ie
iunio ⁊ ingreſſus ſeorſum iacuit ſuper terrā. ⁊ paulopoſt ait dauid. Pro
pter infantē dum adhuc viueret ieiunaui ⁊ fleui. Dicebā enim. Quis ſcit:
ſi forte donet eū mihi dns ⁊ viuat infans. Nunc aūt q: mortuus eſt qua
re ieiuno: nunquid potero reuocare eum amplius. Ego vadam magis ad
eū ille vero non reuertetur ad me ⁊c. Erat autem filius ex berſabee vt ibi
dem patet) ferūt ergo dauida. ſ. regē conqueſtum diu ⁊ petiiſſe dies. ſ. vite
produci. i. prolongari puero. i. filio ſuo iacēti. i. decubanti infirmo: ⁊ ferūt
cum non valuiſſe auertere mortem: ⁊ ita audit deus omnia ſed preſtat. i.
confert: optima mortales. ſ. homines audēt orare. i. implorare ⁊ precari
qd optant. i. cupiunt ſiue bonum ſit ſiue malum. Opprime igitur ſup. o
Anna ignem. ſ. furoris ſucceſum. i. occulte incenſum: ſtudiis melioribus
i. per meliora ſtudia. i. vota ⁊ deſideria: nec ſine. i. nō permitte: vt ſup. do
lor. i. impatientia ⁊ furor proueniens ex dolore nimio occupet ſupremas.
arces. i. vltimā potentiā animi. i. rationis. i. noli tantum dolore vt inſa
nire aut furere incipias. Demētia. i. nocius furor cepit. i. inuaſit ⁊ occu
pauit quoſdam fama eſt (hoc docecēter addit de ethnicorū hiſtoriis locu
tura) talibus curis. i. per tales curas nimias: ⁊ tulit idest impulit eos in
ſaltus ferarum. ſ. loco vbi fere ſaliunt: ⁊ in luſtra deſerta: idest latibula
et ſpeluncas ferarum que in deſertis ſunt: forte de Tereo progne philo
mella ceteriſq quos in aues mutatos: ideo in ſiluas auolaſſe fictum eſt
ꝙ per impatientiam dolorum furore perciti deſerta petierint: vnde eglo.
vij. de philomella quo curſu deſerta petiuerit ⁊c. Pater ſolebat narrare
aiacem. ſ. thelamoniū inſanum. i. furentem: mactaſſe pecus. i. oues ⁊ bo
ues: dum quereret hoſtem. ſ. vlixem competitorem qui arma obtinuit: vt
dixi: aut agamēnona iudicē (vn̄ Horatius ſecūdo ſermonū ſaty. iij. indu
cit agamēnonē de eo ſic loquentē. Mille ouiū inſanus morti dedit: incly
tum vlixem ⁊ menelaū vna mecum ſe occidere clamans:) Et ego memi
ni ꝙ ſup. idem. ſ. pater meus recitabat mihi furias oreſtis. quē comes. i.
ſocius ⁊ amicus. ſ. pylades (Nā pylades ⁊ oreſtes ſicut achilles ⁊ patro
clus inter nobilia paria amicorū apud grecos enumerātur. de hoc Ho
ratius in eadē ſaty. Nec ferro vt demens genitricem occidit oreſtes. Et
paulopoſt. Quin ex quo eſt habitus male tunc mētis oreſtes. Nil ſane fe
cit quod tu reprehendere poſſis. Nō pyladē ferro violare auſus ve ſororē)
vexit ad delubra. i. tēpla diane ſcythice. i. taurice iuxta taurum montem
ſcythie: q̄ ſolebat ſanguine humano placari (vt recitat Seruius ad illud
ij. Enei. Sanguine placaſtis ventos ⁊ virgine ceſa ⁊c.) Ego credo quidē

Amicorum pã gña nobilia q̃ ſunt et qui fue re illi.

exit in orbē. i. globuz in celū migrent. cauernoſum. i. diten tum vēro. Natura eſt mirata vterū creuiſſe quia ſine viri ſemie: et negauit eſſe ſuum op⁹: vt. i. poſtq̄ nūcius. ſ. angelus afflauit celeſti ore aures virginis. i. poſtq̄ legatiōe perfunctus erat: res eſt diuulgata polo id eſt per celum. Ciues etherei. i. celeſtes: norunt. i. nouerunt myſteria. ſ. incarnatiōis verbi diuini. Nomen marie fuit ſup. tunc honoratuz toto ethere: & virginitas ſecunda marie fuit cātata i. cātibus exaltata in theatris. i. ſpectaculis & choris celi myſteria dico nondū agnita manibus nigris. i. ſpiritibus īfernalib⁹: ve pro vel ioui īferno ideſt principi tenebrarum duce nature. ſ. diuina & humana coiere. i. vnitatē fecerunt &; conuentuz ſub vnā hypoſtaſin. i. vnū ſuppoſituz: q: deus & homo vnus eſt xp̄s (Nōtum eſt autē plurima greca ī in exire vt charybdin daphnin: & hic hypoſtaſin ī accuſatiuo) q̄ copula. i. vnio cōuertit diuos. i. ſanctos angelos ī immēſum amorē noſtre gētis. i. gn̄is hūani (q: cū nō angelos apprehēdit: ſz ſemē abrahe apprehēdit natura hūana in xp̄o angelis p̄lata eſt) Nec fuit graue. i. moleſtū relinquere ipa tecta ſummi prīs. i. arcē celeſtē. & ducere longos dicos

Poſt multa q̄ dixerit de⁹ de virgine.

Sedes marie.

Virgo choris angeloꝝ p̄lata.

Cōparatio.

Tp̄s dñice annunciationis

Aries.

Orion.

Auriga.

Hiades.

Hedi.

Capella.

Capricornus.

Nota greca ī is terminata vt plurimus

accuſandi cū noſtra .i. quam iam canit aut gn̄aliter cū humane nature virgine et
caſum in reſerare.i.aperire ⁊ reuelare illic negotia occulti celi.i.occulta ⁊ ſecreta
in ſiniunt myſteria celi(q: filius coequalis patri in gloꝛia in vtero virginis geſta-
batur.)Ipſe pater diuum.i.diuoꝝ ſcꝫ celeſtis:letioꝛ foꝛma puellari.i.foꝛ
ma ſpecie ⁊ pulchꝛitudine coꝛpoꝛali diue virginis:⁊ decoꝛe mentis allo-
quitur ſiue ſanctos.i.ſpūs beatos ⁊ coꝛonā.i.cetum ſpirituū in moꝛem
coꝛone circūſtantiū ſacro agmine.i.exercitu celeſti: olympus.i.tota cu-
ria celeſtis:exultauit.i.tripudiauit pꝛe leticia:alloquio.i.pꝛopter allocu-
tionē pr̄is.ſ.celeſtis. Et vt.i.poſtq̄.ſ.pater celeſtis: extulit pꝛius multa
laude.i.laudauit puellā ſublimē.i.ad magnū decus exaltatā:referens.i.
recēſens ⁊ memoꝛās:illuſtres.ſ.ſacros virtute:atauos.i.maioꝛes virgi
nis ⁊ nomina clara gentis ieſſee.i.que in ſtēmate ſeu radice ieſſe patris
dauid cōſtituūtur:et ſacra.i.ſacrificia delata.i.depoꝛtata a maioꝛibus
virginis: celo.i.in celum:⁊ pios animos ſtirpis antique ſcꝫ ſanctoꝛum
patrū:ipſe oſtendit ſedē luciferi inanem.i.vacuā ⁊ ſine ſeſſoꝛe.(Illa.ſ.ſe-
des fuit ſemper cōtermina.i.affinis thꝛono regali ⁊ ſceptro tonantis.i.
dei altiſſimi)tum.i.deinde memoꝛans veteres rixas ⁊ pꝛimeua bella.i.
cōtentiones q̄ erāt inter angelos bonos ⁊ malos:docet cur nō oēs diui
ideſt beati habeāt vna.i.eadē habitacula ⁊ cur habitēt diſcreti locis: id
eſt per loca:⁊ cur altioꝛ oꝛbis.i.ſphera aut globus celeſtis habet illos.ſ.
ſpiritus:et cur alij.ſ.beati:colant.i.habitēt:lunā.i.globū lunarē:qui in-
fimus inter planetarū oꝛbes eſt:et cur quidā colant cypꝛida.i.venerē cy
pꝛigenā:ideſt ad cypꝛū pꝛimo appulſam:et ibi pꝛecipue cultā hoc eſt ſphe-
ram veneris que tertia eſt:et cur quidā colant mercuriū.i.globū mercu
rij qui ſecundus eſt:et cur lex diuina partitur ſic olympū ideſt celū: ideſt
quare diuerſas manſiones deus conſtituit angeloꝛū:et videtur innuere
q̄ pꝛopter diuerſa merita:vt qui maxime immūdis ſpiritibus partes di
uinas tuentes obſtiterint:ſummi ⁊ pꝛoximi deo ſint:et cur mentes terri
gene.i.terrigenarū hominū:eāt.i.ſublimētur in ſidera.i.celos (Cur hic
nou e coꝛripitur cū paſſim pꝛoducat)et mōſtrat quenam ratio perſuaſe-
rit tecta celeſtia deberi illis.ſ.ſpiritibus hominū:p oꝛbes ethereos ideſt
celeſtes:⁊ hec ſentētia poſuit.i.impoſuit:dictis.i.ſermonib' patris finē.
Sentētia autē eſt. Sicut hic locus luciferi eminet ſublimioꝛ(oꝛnatius
diceret altiſſim')inter numeroſa.i.plurima ſedilia regni eterni:ſic virgo
quā parua anguſtia domus.i.anguſtia parue dom' claudit(et ſup. hoc
dicens monſtrauit mariā acumine.i.ſummitate virge.i. ſceptri pꝛeſſe.i.
depꝛeſſi ⁊ deoꝛſum miſſi)eſt longe pꝛeſtantioꝛ humanis animis ſup.ce-
teris.i. pꝛeſtantiſſima omniū hominū. Ratio fati:aut ardoꝛ celi mobi-
lis.i.conſenſus ⁊ conſtellatio concoꝛs ſiderum non deſtinat.i.non addi
cit illi hoc ſolium.i.hanc ſedē luciferi:ſed libertas mentis ⁊ amoꝛ noſter
libertas dico coercita.i.conſtricta lege.i.pꝛeoꝛdinatione diuina: hoc eſt
ipſa non per neceſſitatem fati:ſed per gratiam ⁊ liberā collationē noſtrā
ſic exaltabitur. Pater ſup.fatus ideſt allocutus eſt:ſic at omne celum.i.
tota curia celeſtis tremuit.i.cū fremitu applauſit: voluptas.i.gaudium
immenſum rapuit alos celeſtes:theatra ſcilicet celeſtia ſonuere plauſi-
bus:ſententia magni patris eſt vulgata per omnes campos eliſij.i.oīa
loca ſanctoꝛum patrum:magno aſſenſu ſuperum:ideſt ſuperoꝛū: hoc eſt
celeſtium ſpirituuꝫ: et virgo ſcꝫ maria eſt pꝛeclara ſemper ex illo tempoꝛe
ideſt poſt illud tēpus.choꝛis angelicis toto ethere.i.per totum celū diſ-

fusior: ⁊ est dignior: sup. habita toto agmine spūuz: tāto sup. quāto flāma cyllenia. i. splēdor mercurij est minor marte. i. sidere martis rutilo. i. resplēdēte colore igneo: vel quātū delia. i. dyana: hoc est luna: cedit. i. vincitur aut distat auo. i. ab auo suo tristi. i. maliuolo. s. saturno (Nā saturnus iouē ⁊ iuppiter dyanā q̄ ⁊ luna est genuit) ⁊ quātū tellꝰ. i. terra cedit ioui scʒ planete: ⁊ venus aurea. i. sidus veneris qđ pulcherrimū inter minora luminaria est: cedit sup. phebo. i. soli. Jnitus erat ⁊c. Describit tps annūciationis dñice more suo ex astrorum ortu ⁊ occasu dicens: corniger: scʒ aries nō immemor helles trepide. i. qui hellē aliquādo transportandam susceperat: sed in ponto mersam dereliquerat: erat iunctꝰ soli. i. sol erat in ariete: ⁊ orion nō exurgebat. i. occiderat. ⁊ argo. i. nauis argonautarum in celū translata: palluerat. i. pallida erat effecta ex occasu. Aurigavergēs. i. tēdens sub arcton. i. vrsam gelidā. i. q̄ est sub zona septētrionali vbi est frequēs gelu: rectus sub appolline. i. sole nitido. i. splendente ibat. i. vehebat̄ precipiti cursu. ⁊ hyades. i. succule occiderāt: ⁊ hedi: ⁊ parens scʒ capra: ⁊ nox humida ceperat. i. inceperat. tollere. i. exaltare medio cursu. i. cū esset in medio cursu siderū: egoceron. i. capricornū fulgentem. i. splendentem propter absentiam solis. ⁊ ipse emissus ab vndis primis: idest iam oriens: spectabat geminos. i. signum geminorum: cadentes. i. occidentes fronte erecta. i. iam erat in martio ad septimum Kalendas aprilis quo tempore hec omnia fiunt.



Plena deo mater ꝑ seruꝙ animosa latenti.

Trans iuga: trans altos saxosa cacumina montes.

Se tulit: ad sera fecundam prole parentem.

Cognatamꝙ nurum partus visura beatos.

Virgineoꝙ sinu paruum strictura nepotem:

Dumꝙ viam carpit pedibus calcata pudicis

Gestijt immensum tellus: ⁊ dulcia longo

Tempore seruauit presso vestigia dorso

Tota vetustatem regio mirata decusꝙ

Etherie frontis: fusumꝙ per ora pudorem:

Arrisit procul omnis ager: nemus omne virētes

Exorto iam vere comas curauit: ⁊ ibat

In flores tunc omne solum: fragrantia rura

Purpureas passim violas: ⁊ candida passim

Lilia fundebant: nitidis e fontibus vndeꝙ

Plena deo mr̄. Narrat hoc loco quō diua virgo abijt in montana cū festinatione vt visitaret elizabeth cognatā suā ꝓsecuturus sermonē quē habuerūt adinuicez: ⁊ informationē Joseph dubitātis an deberet grauidaz derelinquere. Ordo est. Mr̄. s. futura iaz ꝑgnās ꝟgo plena deo scilʒ filio: aiosa. i. aiositatem nō grauedinem sumēs: ferū. s. xp̄o latēti. s. in vtero eius (videtur autem animosa: q2 abijt cuʒ festinatione) tulit se trās iuga. s. prerupta mōtiū iter que transitur: ⁊ trās mōtes: ⁊ appositoriē: et cacumia saxosa. i. summitates

Prosecqt̄ vt Maria elizabeth visitarit.

Tellus leta gressus virgi.

Hec ola poetice.

Uoluebant dulces curſu crepitante ſuſurros
Aſſyrij colles aſſurrexere: taboris
Se iuga flexerunt: dominã ſpeculatus ab alto
Uertice carmelus caput inclinauit apricum
Coniferas pinos: et odoriferas cypariſſos.
Blandior alternis flectebat nutibus aura:
Aura laborantis tenuique ſpiramine circum
Colla: ſinuſque volans: et candida virginis aurat
Terra ſuas monſtrabat opes: et lucidius ether
Nubibus expulſis vultu ridebat aperto:
Crinibus auratis ſolitoque decentior acres
Sol vrgebat equos: terſoque ardebat olympo
Qualis erat prima genitor quã condidit illum
Luce deus: quom clara nouis ſplendoribus aſtra
Alta per inſuetos ferrent veſtigia greſſus
Attulerat ſextum grauide iam delia menſem
Et pleni languebat anus ſub pondere ventris:
Hec erat iſmerie claro ſata ſanguine magni
Zacharie cõiunx: cui nomen elizabeth: annis
Jam grauis: hec longo ſterilem ſe fleuerat euo:
Orantitandem diuum data munere proles
Indice porrecto demonſtratura tonantem.
Et lotura ſacro venientem flumine turbam.

ſaxoſas tulit dico ſe ad parẽtẽ.i. matrẽ futurã fecũdã.i.feraꝫ et ꝑgnãtẽ ſeu grauidaꝫ
Carmel⁹. ꝓle ſera.i. ſero ſuſceptã(q: elizabeth cognata marie que vocabat̃ ſterilis cõcepit filiũ in ſenectute ſua) et ad nurum.i.matronã cognatã: q: mater tere filiaꝫ viſura.i.vt videret beatos partus: et ſtrictura: idest
Tẽpus viſitationis vt ſtringat et ſuſcipiat nepotem ſcꝫ ioannem baptiſtam (qui
Nepos ꝓprie ẽ: fili⁹ ex filio vel filia quaſi nat⁹ poſt ꝫ nõnũ ꝗ ꝑ collaterali deſcendente ſumatur. proprie non erat nepos ei⁹: q: nepos ad auũ et ad auiaꝫ refertur: ſꝫ cõſanguineus aut cognatus: at vulgo oẽs nepotes vocamus ꝗ̃ minores nobis de cõſanguinitate noſtra ſunt: mõ tñ ſine diſcretiõe doctiores vtuntur dicentes nepotẽ ex fratre aut ſorore aut cõſobrino et c.) ſinu virgineo: q: ꝟgo obſtetricis munus expleuit: vt pri⁹
Unde eliſabeth. dixi. Et dũ ſcꝫ virgo
Joannes baptiſta. carpit viã.i. firmiter ingredit̃: tell⁹.i.terra calcata pudicis pedibus ſcilꝫ virginis: geſtĩt.i.leticiã oſtẽdit ſignis exterioribus immẽſum.i.immenſe et ſine menſura (Satis autẽ poetice hec dicunt̃: cũ nulli ſit dubiũ nõ ſit creata oĩa nutu ei⁹ quẽ in vtero geſſit regi) et tellus ſeruauit longo tpe ſup.in tergo preſſo.i.calcato pedibus virginis: dulcia veſtigia tota regio ꝑ quã trãſgreſſa eſt: mirata ſup.eſt venuſtatẽ: et ꝑ.i.decus frontis etheree.i.ac ſi eſſet celeſtis: et pudorem fuſum ꝑ ora: et oĩs ager arriſit procul (q: cum eſſet in vere floruit: ad qđ ridere trãſſumitur) et omne nemus curuauit.i.inclinauit ꝟgini: comas virẽtes.i.frondentes: et hoc vere exorto iã: et oĩne ſolũ ſup.herboſuꝫ.i.oĩe pratũ: ridebat tunc i. flores. i. florebat. Rura.i.arua fragrãtia.i.redolẽtia fũdebãt paſſim violas et cãdida li

lia ⁊ vñ.i.riuuli voluebãt.i.per volutionẽ excitabãt e nitidis.i.limpidis fontibus:dulces.i.delectabiles ſuſurros.i.murmura:⁊ hoc curſu ſup. carũ crepitãte.i.crepitũ faciente inter ſaxa q̃ iucundus eſſe ſolet. Vñ in bucco. Nec pcuſſa iuuãt fletu tã littora. Nec q̃ Saxoſas inter decurrunt flumina valles. Calles.i.parui mõtes:aſſyrij.i.q̃ ſunt in aſſyria cuius iudea pars eſt.aſſurrexere.i.reuerẽtiã pbuere ſup.virgini:iuga thabor.i. illius mõtis aſſyrie(declinat aũt more latinoꝝ maſculinoꝝ aut femininoꝝ pcñ.lõga:cũ in eccleſiaſticis indeclinabiliter dicat in mõte thabor ⁊c.) flexerũt.i.inclinauerũt ſe:et hoc p quãdã fantaſiã poeticã dicit:carmelus ſpeculat' ab alto v̾tice(q: pluſculũ abeſt)dominã:p ſpecialẽ ac peculiarẽ denoiationẽ:nã olim dña eſt:ſʒ in carmelo primũ culta:inclinauit caput apricũ.i.ſoli expoſitũ:⁊ ora blãdior.i.blãdiẽs ⁊ applaudens:flectebat alternis nutib'.i.inclinatiõibus capitũ pinos coniferas.i.q̃ conos ferũt:⁊ cypreſſos odoriferas.i.q̃ ſuauis ſunt odoris. Aura dico vallans tenui ſpiramine.i.flexu circũ ſin' ⁊ cãdida ora v̾ginis laborãtis.ſ. ambulãdo. Terra mõſtrabat ſuas opes:⁊ ether lucid'.i.ſudus clar' atq̃ ſerenus ridebat vultu aperto:⁊ hoc nubibus expulſis.i.poſtq̃ nubes expulſe erãt. Sol auratis crinib'.i.habẽs crines hoc eſt radios auratis ſimiles:⁊ decẽtior.i.cultior ⁊ ornatior ſolito.i.q̃ ſolitus ſit:vrgebat equos acres.i.ſtrẽnuos in curſu:vrgebat aũt vt citius virginẽ aſpiceret:⁊ ardebat.i.reſplẽdebat olympo.i.ſummo vertice mõtiũ aut ipſo celo:terſo.i. luſtrato a nocturnis infectiõib'(que oĩa vt diri p quãdã hiberpolẽ dicta ſunt.q.d.talia potuiſſe fieri impio eius quẽ in vtero geſtauerat virgo fecũda.) Ardebat dico ſol exiſtẽs talis qualis erat pma luce qua.i.in qua luce:genitor.i.pater oĩm deus(qui m̃ pot' pater q̃ genitor reſpectu ſolis dicendus eſt)condidit illũ ſcʒ ſolem quum.i.quãdo aſtra.i.ſidera clara:ideſt reſplẽdentia:nouis:ideſt iã primũ datis ſplẽdoribus ferrent alta veſtigia.i.ire aut currere inciperẽt per greſſus inſuetos.i.per quos nunq̃ iuerant:hoc eſt ſol erat in eo ſplẽdore in quo creatus erat qui pctõꝝ ſordibus obſcuratus credit. Delia.i.dyana dea partus habita:hoc eſt luna attulerat grauide.ſ.elizabeth:ſextũ mẽſem.vñ dictũ eſt Lu.j. Et hic mẽſis eſt ſextus illi q̃ vocat ſterilis.⁊ anus.ſ.elizabeth:q̃ cõcepit filiũ in ſenectute ſua:lãguebat ſub põdere vẽtris pleni:hec.ſ.anus erat ſata.i. genita ſanguine iſmerie matertere.ſ.diue virginis et ſororis diue anne exiſtens cõiunx zacharie:magni.ſ.ſacerdotis:cui.ſ.anui nomen ſupple erat elizabeth:exiſtens iam grauis annis:hec ſleuerat.i.conqueſta erat ſe ſterilem longo euo.⁊ proles ſcʒ Joannes baptiſta eſt data tandem.i. poſt multã ⁊ longam expectationem:oranti.i.ſupplicanti:munere:ideſt beneficio diuum pro diuorum:ho e eſt celeſtium demõſtratura:ideſt que erat demõſtratura:indice.i.digito vicino pollici porrecto:ideſt extenſo: tonantem:ſcʒ agnum dei ⁊ que erat lotura.i.ablutura flumine ſacro.i. iordane turbam venientem ſupple ad ipſam.

Ut conſanguineas iunxerunt oſcula matres
Mutua:⁊ iniecti ſtrinxerunt colla lacerti
Grandior:afflatu vicini numinis infans
Geſtijt:⁊ ſubito dominum confeſſus honore

Ut cõſanguineas. Ponit colloquium:et primo ſermonẽ elizabeth ad ſacroſanctã virginem. Ordo eſt. Ut.ideſt poſtq̃ oſcula mutua iũxerunt ma-

Geſtijt infans i vtero elizabeth.

Maternam inſolitis concuſſit motibus aluum
Tunc anus aduentus chare letata puelle
Et ſuccenſa deo dixit: tu ne illa propago
Expectata diu nobis promiſſaq; noſtris
Patribus ⁊ ſacro vatum celeberrima cantu
Quam mea iam ſero genuit matertera partu
O decoro ſummo facies digniſſima celo
Te tandem terris ſuperi oſtendere quid vltra
Triſtia primeue flemus conuiuia matris:
O veterum ſpes longa patrum: ſpectabilis almã
Que reparas aurora diem: que diſtulit ortus
Nox tam lõga tuos: que cauſa ignota ſub vmbris
Hoc illuſtre iubar tenuit: nec protulit ante
Lumen olympiacũ radios: o quanta ſepultos
Cura tui proauos tenuit: panduntur ab alto
Ethere felices anni: noua naſcitur etas
Sidera tu mundo reſeras: tu tartara claudis:
Tu genus inſtauras hoim: profugamq; paterno
Soluis ab exilio gentem: fortiſſima certe
Delbora bellatrixq; potens: animoſa virago
Que ducis aſſyrij caput atq; fluentia tabo.
Colla ſecans pauidos hoſtes dare terga coegit
Ipſaq; perſarum quondam gratiſſima regi:
Que genus vlta ſuum ſummo dedit oſcula ſceptro
Clara fuit: multoq; nitens reſplenduit oſtro.
He ſummũ meruere decus laudemq; ſuperbam.
Tu tamen has omnis ſuperas: tu ſecula portans
Aurea: feminei tollis conuitia ſexus.
Iam deus antique commiſſa piacula fraudis
Ponet: et iraſci terris iam deſinet ether.

tres conſanguineas: ſcilicet germanas. ¶Videtur autem quo dammodo hypallage qua actiuum pro paſſiuo et econuerſo ponatur: vt ſit pro eo qd̃ eſt matres conſanguinee iunxerunt mutua oſcula: et tũc oſculum in prima ſignificatione acceperit vt ſit os paruum conſtrictis ſcilicet labellis quod oſculantiuz eſt. poteſt tamẽ citra hyppallagen legi vt oſcula dicantur coniũxiſſe: quia occaſionem dederunt coniũgendarum matrum) et vt. i. poſtq̃ lacerti iniecti: ideſt brachia data circũ colla: ſtrinxerũt: ideſt compreſſerunt in ſignum amoris colla ſcz vtriuſq;. Infans grandior ſcz Ioã. ba. geſtijt. i. exultauit in vtero mr̃is afflatu ꝓpter afflatuz numinis vicini. i. diuinitatis q̃ erat i vtero vgi. ⁊ ipe cõfeſſ⁹ ſubito honore. i. aſſurrectione dñm. i. deuz ſuũ cõcuſſit aluũ maternã iſolitis motib⁹ ¶Hiſtoria eſt euãgelica Lu. j.) Tunc anus ſcz Elizabeth: letata aduẽtu chare puelle ⁊ ſuccẽſa. i. inflãmata deo: hoc eſt vt Luc. j. dr̃. Impleta ſpũſctõ dixit tu ne. i. es ne tu ¶Eſt autem admirantium ſermo: vnde dido ad eneam eneid.

Verba elizabeth ad mariam.

Magne virginis laudes.

Noua etas.

Delbora iudith.

Heſter.

Fortunata parens felix que vixere ſancto
Progenies ſanctaq; puer qui clauditur aluo
Non erit hec tua vana fides: nec muneris huius
Largitorem fruſtra credendum eſt ethere miſſum
Ipſe pater: qui cepit opus formabit ad vnguem
Irrita nec tante fient exordia laudis
O me felicem tua ꝙ licet ora tueri
Sicq; tuos olim liceat mihi cernere partus
Atq; meo geſtare ſinu: ꝙ leta futura eſt:
ꝙ iucunda dies quom noſtra tuebimur ambe
Pignora verſari ſimul atq; incedere iunctis
Greſſibus: ꝛ leta fari ꝛ colludere fronte
Una etas ambobus par erit cura par eui
Terminus: ꝛ viuent vna duo pectora mente
ꝙ bene mortali ſuperum clementia morbo
Conſuluit: vulnus virgo: medicamina virgo
Contulit: illa necis dedit hec primordia vite
Illa tulit belli cauſas: hec femina pacis
Illa venenoſe ſtygijs lacrata megere
Uberibus gelido conceptum pectore virus
Expuit in natos: nigroq; afflata colubro
In genus omne ſuum ſpumam eructauit auerni
Cuius odor poſtꝙ celos: ꝛ tecta tonantis.
Attigit extemplo valuas offenſa parentes
Numina clauſerunt: totuſq; excanduit ether:
Iſta ſalutari totam ſe protulit imbre
Nectarei fontis vitalia pocula dulces
Ambroſie ſuccos plenis crateribus hauſit
Melliſluoſq; bibens latices; quos magnꝰ ab oris
Helias eois mittit ſe in flumina vertit

primo. Tu ne ille ene as quē dardanio anchiſe. Alma venꝰ phrigē genuit ſimoentis ad vndam) illa propago. i. ſoboles expectata nobis. i. a nobis diu ꝛ ꝓmiſſa nr̄is patribꝰ: et celeberrima ſacro cantu vatum. i. prophetaruꝫ: ꝙ mea matertera. ſ. anna genuit partu ſero idest tardo: q: in ſenectute O decora facies o dignissima ſummo celo ſuperi oſtēdere tandē te terris (Similis eſt quodāmodo ſermo anchiſe ad eneā l. vj. Veniſti tādē: tuaq; expectata parēti. Uicit iter duruꝫ pietas data tur ora tueri. Nate tua ꝛ veras audire et reddere voces) quid idest adquid flemus vltra. i. poſthac: triſtia conuiuia. i. comeſtionem triſtez pomi vetiti matris prime. ſ. eue (. q. d. fruſtra id facimus cum iam conceptus ſit redemptor felixq; quodammodo culpa dici poſſet que talem meruit habere redemptorē) O longa ſpes veterū patrū: o ſpectabilis: idest pulchra ꝛ digna ſpectari aurora: ꝗ reparas diem almam: idest dieꝫ ſanctā: qua naſcet̄ ſaluator que nox. i. caligo tam longa diſtulit tuos ortꝰ: idest cur nō prius veniſti que cauſa igno-

Fortunata virgo. Se felicez dicit elizabeth.

Quā bene hūano generi cōſultum.

Maria medicamen eua vulnꝰ attulit.

Uirgo maria quid dedit.

Lactea: que ſemper plenis currentia ripis
Omne ſolum luſtrant: hec ad ſpectacula verſus
Ipſe pater clauſi limen reſerauit olympi.
Unde igitur mihi tantus honos: vnde iſta repēte
Gaudia prorumpunt: vt ſemine plena tonantis
Femina ſacratos ferat ad mea limina greſſus.

ta (ſcꝫ hominib⁹: ſed nō deo cuius iudicia ſepe ignota: ſꝫ nunq̄ iniuſta ſunt) tenuit hoc illuſtre.i.tā clarū iubar ſub vmbr(: nec lumen olympiacū: id eſt celeſte protulit ante.i.prius radios ſuple ſuos: o quanta cura.i.deſideriū tui: tenuit pauos.i.maiores noſtros.ſ.patriarchas ⁊ ſanctos reges: ſepultos i.defunctos: aut in lymbo occultatos Felices anni pandūtur.i.reſerantur et ſurgunt ab ethere.i.celo noua etas (in qua ſcilicet celum ſperare licet naſcitur) tu reſeras.i.aperis mundo.i.viuentibus in mundo hominibus: ſidera.i.celum: tu claudis tartara.i.infernuꝫ (quia lymbum omnibus ⁊ infernum quibus cauſa ſalutis eſt) tu inſtauras.i.reparas: et in primū ſtatū.ſ.gratie reducis genus hominū: ⁊ tu ſolius⁹ gentē ꝓfugā ab exilio paterno.i.in quo patres noſtri tenebant: quibus celū ingredientem aduentū tuū negabat. Certe delbora fuit ſup. fortiſſima ⁊ bellatrix potens. (Erat autem vt dꝫ iudicū.iiij. Delbora ꝓphetes vxor lapidoth que iudicabat populū in illo tēpore: ⁊ conſilio atq̄ auſpitio eius barach ſyſaram dicit cuius caput Jahel clauo trāſfixit) virago.i.virilis femina: ſcꝫ iudith que ſecans.i.amputans caput ducis aſſyrij.i.holofernis: atq̄ colla fluentia tabo.i.immundo ⁊ cōcreto ſanguine coegit hoſtes pauidos dare terga (vt habet Judith.xiij.⁊ ſequentibus.) Et ipſa ſcilicet heſter que quondaꝫ gratiſſima regi perſarum ſcꝫ aſſuero vltra genus ſuum.i.iudeos quos aman occidere ⁊ exterminare voluit (vt habet Heſter.vij. vlti. autē eſt quia aman ſuſpenſus eſt in patibulo quod parauerat mardocheo principi iudeoꝝ) dedit oſcula ſummo ſceptro.ſ.aſſueri: vt habetur ibidem.c.v. fuit clara.i.illuſtris et reſplenduit nitens multo oſtro.i. veſte purpurea: qꝛ induta eſt heſter regalibus veſtimentis cuiuſmodi eſt purpura. Hec iā dicte.ſ. Delbora Judith ⁊ Heſter meruere dec⁹ ſummū ⁊ laudē ſuperbam ideſt ſupereminentē ⁊ magnificam tu tamen ſuperas omnis has (vnde canitur in laudē eius: illud Prouer.xxxj. Multe filie cōgregauerūt diuitias: tu ſupergreſſa es vniuerſas) Tu portas aurea ſecula tollis cōuitia.i.cōtumelias feminei ſexus: per quē Adam peccauit. Deus ponet.i.deponet piacula.i.crimina pridā: antique fraudis.i.infidelitatis: qꝛ voluerunt eſſe ſicut dij: ⁊ dei preceptū tranſgreſſi ſunt commiſſa.ſ.a protoplaſtis: ⁊ ether.i.de⁹ celeſtis aut tota curia celeſtis deſinet iam iraſci terris.i.terrigenis hoībus. O parens ideſt mater fortuna i.beata et felix ꝓgenies q̄ clauditur ſancto viſcere: ⁊ felix puer q̄ clauditur ſancta aluo (hoc eſt Bñdicta tu inter mulieres: ⁊ benedict⁹ fructus vētris tui Luce.j.) Hec tua fides nō erit vana (hoc eſt. Et beata que credidiſti: qm̄ perficientur in te que dicta ſunt tibi a domino) nec credēdū eſt latorē.i.nunciū huius muneris miſſum fruſtra ab ethere.i.celo. Ipſe pater ſcꝫ celeſtis qui cepit.i.incepit opus: formabit ad vnguē.i.perficie polite ⁊ decēter (tractū eſt aūt a marmorarijs qui vnguibus percipiſcāt an marmor politū ſit: vñ tractū vt que polite ⁊ belle fiunt ad vnguē fier

dicant. Horatius.i.ſermonū. Ad vnguem factus homo ꝛc.) Nec exordia tante laudis fient irrita ideſt vana ⁊ fruſtrata. O me felicem ꝙ licet tueri i.inſpicere tua ora.i.faciē tuam. Sicq; (Sic deprecantis eſt particula: vt primo carminū. Sic te diua potens cypri ꝛc.) Et ſic liceat mihi olim cernere tuos partus atq; geſtare in meo ſinu: ꝙ.i.o quātū leta: ꝙ.i.o quātū iucūda eſt dies futura: quā.i.in qua nos tuebimur.i.videbimus ambe noſtra pignora.i.noſtros filios (q: pignora natorum dicuntur: pignera rerum. Sane annotādum ꝙ tueor etiam inſpicere ſignificat: vn̄ videndum quid veritatis habeat verſiculus. Dic tuor inſpicio tueor defendere dico) verſari ſimul.i.cōuerſari ⁊ incedere iunctis greſſibus.i.ſimul ingredi ⁊ fari ſimul ⁊ colludere leta frōte: vna etas erit ambobus (q: parū diſcriminis erit.) ⁊ par cura.i.ſtudiū idē: ⁊ par.i.equalis terminus cui erit ſup. ambobus (hoc autem in ſpiritu ſi dixit nouit) ⁊ viuent duo pectora vna mēte.i.vna volūtate (q: paritas eui ⁊ ſtudiorum plurimū ad amicitiā. Cicerone teſte facit) ꝙ.i.o quātum bene conſuluit clementia ſuperū.i. trinitatis: morbo mortali.i.peccato aut lapſui mortaliū: virgo.ſ.eua cōtulit vuln⁹.ſ.peccati originalis: et virgo.ſ. maria contulit medicamina. Illa.ſ.eua dedit pmordia.i.pria exordia: necis.i.mortis: hec.i. poſterior virgo.ſ.maria dedit pmordia vite. Illa.ſ.eua: tulit.i. attulit cauſas belli i.inimicitie.inter deū.ſ.⁊ hoīem: aut diſcordie inter ſpm̄ ⁊ carnē: hec ſcꝫ maria tulit ſemina.i.principia pacis.i.recōciliatiōis. Illa.ſ.eua lactata i.nutrita ꝑ illecta: vberibus ſtygijs.i.infernalib⁹ megere.i.furie illius infernalis venenoſe.i.venenū infundentis: hoc eſt inſibilationib⁹ ſerpētis illecta expuit in natos.i.in poſteros ſuos: virus.i. venenū: hoc eſt culpā peccati originalis: conceptū.i.quod cōceperat.pectore gelido.i. frigente ⁊ a charitate dei dimiſſo: ⁊ afflata nigro.i.nociuo colubro.i.ſerpēte eructauit ſpumā auerni.i.mēphitim: ⁊ fetorē pcti originalis in oē gen⁹ ſuū. (Excepta tn̄ hec ſcd̄a virgine: ſcꝫ maria quā gratia ſpūſſancti pſeruauit: ⁊ filio eius q̄ ſine ſemine virili cōceptus eſt. Auernus lacus erat in cāpania italie in baiano ſinu tam grauē halitū ⁊ vaporē emittēs vt aues ſup cum volare nequirēt vn̄ nomē ſumpſiſſe putatur. Nā a priuatiua eſt particula valens idē qd̄ ſine: ⁊ orneon ſeu ornis auis. Credebatur aūt illinc deſcēdi ad inferos: vnde.vj.eneid. facilis deſcenſus auerni. Noctes atq; dies patet atri ianua ditis.) Cuius ſcꝫ auerni ideſt peccati qd̄ ad auernū detrudit odor: poſtꝙ attigit celos ⁊ tecta tonātis ideſt patris celeſtis numina offenſa ſcꝫ pater ⁊ filius ⁊ ſpirituſſanctus clauſerūt extēplo.i.illico valuas patētes.i.prius apertas: et totus ether excādūit.i.tota celeſtis curia furore accēſa eſt. Iſta.ſ.virgo maria pluit.i.porro hoc eſt ampliter lauit ⁊ imbuit ſe totā imbre ſalutari.i.grā ſaluificāte: ⁊ hauſit pocula vitalia.i.vitā cōferētia: fontis nectarei.i.celeſtis dulcedinis: hoc eſt grē: et hauſit plenis crateribus ſuccos dulces ambroſie.i.cibi diuini: quo vita eterna ꝯfert: hoc eſt grē diuine: ⁊ bibēs latices mellifluos.i.fontes melle fluētes: quos magn⁹ helias mittit ab hortis cois.i.oriētalib⁹: hoc eſt a paradiſo in quo ipſe helias degit: vertit.i.cōmutauit ſe in flumina lactea.i.dulciſſima que currētia ſemper plenis ripis luſtrāt.i.purgāt circūcurrendo omne ſolū.i.totū mundū: q: de plenitudine eius accepim⁹ oēs: quicquid enim gratie nobis filius confert: per man⁹ maternas confert. Ipe pater ſcꝫ celeſtis verſus.i.cōuerſus ad hec ſpectacula: reſerauit i.aperuit: limē olympi: clauſi.ſ.prius ꝓpter peccatū: vel clauſi alioquin

Ad vnguē facere

Sic.

Pignora.

Tueor

Amicitia cui et ſtudij parita te firma ē ⁊ ſtabilis.

Auernus: vn̄ maro i vj.eñ. dicit Pauci q̄s equ⁹ amauit iuppiter aut ardens euexit ad etera virtus dijs geniti potuere

ſed ad hoc parentis. Igitur.i.cũ ita ſit:vnde tantus honos:ideſt hono: mihi:⁊ vnde iſta gaudia pro:umpũt:ideſt proueniunt occultari recuſantia: repẽte.i.ſubito ⁊ preter ſpem :vt femina plena ſemine tonantis ferat greſſus ſacratos ad mea limina:ideſt vnde hoc mih vt veniat mater domini mei ad me:vt dicitur Luce primo. Hec aũt omnia elizabeth ſunt verba:vt ſequentia indicant.

¶Hec anus. Ponit zacharie geſtus: ⁊ virginis diue oracula dicens. Anus ſcilicet elizabeth: hec ſupple locuta eſt. at: ideſt ſed ſenio: ſciliȝ zacharias cui fides ĩbecilla: q: nõ credidit ãgelo nũcianti: clauſerat vſuȝ vocis: ideſt loq̃le exiſtens venerabilis o:e cano propter barbaȝ: dabat ſigna.i. ĩdicia beniuolentie: et ipſe ouans: ideſt gaudẽs modeſte: ſuſcepit hoſpitio parenteȝ: ideſt matrem dei: ceruice flexa.i.ĩclinata: ⁊ mõſtrabat oculis ⁊ manu prius ethera:ideſt celum:et mox.i.paulo poſt: aluum hoſpitis.i. eius quam hoſpitio ſuſceperat ſignificans videlicet ab ethere conceptum ei⁹ deſcẽdiſſe. Parthenice: ideſt ỽgo regia: id eſt de ſtirpe regũ o:ta: afflata diuino calo:e:ideſt igni ſpiritus ſancti hoc eſt prophetico incenſa: cecinit carmen iucunduȝ: id eſt canticum illud qđ in veſperis canitur videl. Magnificat ⁊c. Femina leſbia videlicet ſappho: q̃ ob peritiam carminis decima muſarũ dicta eſt:

¶Hec anus:at ſenio: vocis cui clauſerat. vſum
Imbecilla fides cano venerabilis o:e
Signa dabat:flexaq; dei ceruice parentem
Hoſpitio ſuſcepit ouans:oculiſq; manuq;.
Ethera monſtrabat prius:⁊ mox hoſpitis aluũ
Regia parthenice diuino afflata calo:e
Iucundum cecinit carmen:non leſbia tale
Femina:facundi non teia muſa poete
Non ſatus eumolpho:non ipſe eagrius o:pheus
Non ſonuit dircea chelis:qua docta ſuperbit
Grecia:qua ſeſe iactat cadmea propago.
Id q̃ꝙ noſtro minus eſt tractabile verſu.
Subiiciam tamen:⁊ ſenſum non verba reponam
Magnifice regem mea mens extollit olympi.
Et deus exhilarat ſancto mea viſcera plauſu
Ingentiq; meos veſtiuit numine ſenſus
Vidit enim pectus ſupplex:humilemq; miniſtrã
Propterea ventura canent me cuncta beatam
Secula:namq; modis in me ſurgentia miris
Omnipotens rerum miracula ſuſcitat aucto:.
Ipſius eterno clementia flumine to:rens
In genus omne fluit: ſicut de do:idis aluo
Perpetui voluunt plenis vada curſibus amnes.
Explicuit fo:ti vires:animumq; lacerto.
Atq; ſuo claras diſpergens robo:e gentes
Exuit excelſos:humileſq; in ſceptra vocauit.

zacharie geſtus

Diue ỽginis carmẽ q̃ꝙ preſtãs Sappho. Anacreõ. Muſeus o:pheus Pindar⁹. vel amphion.

Cãticum virginis. Magnificat aĩma mea dñm Et exultauit ſpi.⁊c. Q: reſpexit ⁊c. Quia fecit mihi ⁊c. et mĩa ei⁹ a pge. ⁊c. Hec poeta addit. Fecit potentiã ⁊c.

Depoſuit poten. ⁊c.

Eſuriem ſaturans inopum:dimiſit inanes
Qui terre rimantur opes:diuina videntis
Suſcepit miſerans pueri genus atq; fidele
Semen:vt antiquis reſponſa parentibus olim
Abraamo natiſq; dedit: proliq; nepotum.

non ſonuit tale ſup. carmē(Et reueragra tiarū atq; venuſtatis incredibiliſq; ſapiētie plenum eſt)nec muſa teia.i.in thea iſula patria anacreontis celebrata poete facundi ſ.eiuſdē anacreōtis: ꝗuis ſint qui Heſiodum putent eo ꝙ ad heliconē habitauit vbi thea chironis filia in hyppen.i.equam verſa hippocrenem a quibuſdaz effodiſſe dr. Nec fatus eumolpho.i.muſeus antiquiſſimus vates ⁊ theolog⁹ in cuius epithaphio ſic legit:(emophon phylon yon echyropha lyricō ondas moſcon).i.Emolphi dilectū filiuz habet phalericon ſolū muſeū: qd carmine dices Eumolphi charum tenet ora phalerica natū. Muſeū ꝛc.nō ipſe orpheus cagrius.i.cagri fluuij thracie ⁊ calliopes muſe filius ſonuit tale carmē⁊ chelis.i.fides dircea.i.thebana:vt pindari aut amphidis:q̄ ſcz cheli:grecia docta ſupbit:⁊ qua propago cadmea.i.thebana(nā thebarum rex fuit cadmus:⁊ amphion inſtaurator)iactat ſc:nō ſonuit.i.de cantauit:aut ſonitu expreſſit tale carmē. Et ꝙꝙ id ſup. carmen.ſ.cāticū diue virginis eſt minus:id eſt nō tractabile noſtro verſu.i.ꝗuis difficile ſit in verſum latinū ſaluo decoro ⁊ maieſtate cōuertere: tamē ego ſubijciam ⁊ reponam.i.reſtituā ſenſum nō verba. Mens mea extollit magni ſce regem olimpi.i.magnificat anima mea dominum. Et deus exhilarat.i.letificat mea viſcera ſcrō plauſu.i.exultatione:⁊ veſtiuit meos ſenſus ingenti numine.i.ſpū ſancto impleuit me.hoc eſt. Et exultauit ſpiritus meus in deo ſalutari meo. Eñ pro quia ſup.dominus vidit.i.reſpexit pectus ſupplex ⁊ miniſtram humilem.i.humilitatem ancille ſue:⁊ pro ptera cuncta ſecula ventura:canent me beatā.i. ecce eñ ex hoc beatam me dicent omnes generationes.nāq; autho: omnipotens: ſcilicet deus ſuſcitat in me miris modis miracula rerum ſurgentia.i.naſcentia: hec eſt quia fecit mihi magna qui potens eſt. Clementia id eſt miſericordia eius torrens : id eſt in mortem torrentis fluens eterno flumine: fluit in omne genus:ſicut amnes.i.fluuij circumnatantes ſeu fluentes: perpetui.i. perpetuo tēpore: voluūt vada plenis curſibus fluunt ſupple de aluo doridis.i. gremio maris:q: omnes fluuij naſcuntur e mari ⁊ reuertūtur in ipſuz.hoc eſt. Et miſericordia eius a progenie in ꝓgenies ꝛc. Ipſe explicuit:id eſt oſtēdit ⁊ fecit vires ⁊ animū. id eſt potētiam forti lacerto: id eſt brachio ſuo. Atq; pro ⁊ ipſe diſpergēs gētes elatas.i.ſuperbas ⁊ cōfidentes in ſuo.id eſt proprio robore id eſt in proprijs viribus exuit. id eſt ſpoliauit excelſos ſuo robore.i.depoſuit potentes de ſede et vocauit humiles in ſceptra.i.ad regna.hoc eſt ⁊ exaltauit humiles:⁊ ipſe ſaturans eſuriē inopū:dimiſit inanes eos ſup.qui rimantur.i. diſquirunt ⁊ colligunt opes:id eſt diuitias terre:hoc eſt. Eſuriētes impleuit bonis ⁊ diuites dimiſit inanes. Et ipſe miſerās genus pueri vidētis diuina.i. iſraelis(iſrael eñ interpretat̃ vidēs deū)atq; ſuſcepit fidele ſemen ei⁹: hoc eſt Suſcepit iſrael ꝛc.vt.i.ſicut dedit olim parētib⁹ antiquis vez abraamo ⁊ natis ⁊ proli nepotū reſponſa.i.oracula.i. Sicut locutus eſt ad patres noſtros abraam ⁊ ſemini eius in ſecula.

Eſuriētes iplcuit ꝛc.

Suſcepit iſrael ꝛc.

Sicut locutus ꝛc.

Muſeus cagrij theſſalie fluuij ⁊ calliopes muſe fili⁹ theolog⁹ magnus quē mar.l.vj. eneid.introducit apparuiſſe enee in cāpis elyſijs ante oñs

Supbis eñ de⁹ reſiſtit ⁊ humilibus dat grām

¶ Luna ter vmbroſum radijs impleuerat orbem
Junctaq; fraternos totiens amiſerat ignes:
Quom cetu comitata graui dauidica virgo
In patriam reduci flexit veſtigia greſſu
Humida littoreus iam brachia tollere cancer
Ceperat: ⁊ claros procyon abſcondere vultus
Et iam flaua ceres campis albebat apricis
Fronde coronatus matura per ordea meſſor
Ibat: ⁊ in curuis ſpoliabat falcibus agros:
Jam longo ſudore madens: grauibuſq; flagellis
Robuſtas armata manus: tritura per omnes
Aſſyrie campos: ⁊ dulcia rura coaſpis
Sternebat fragiles calamos: paleaſq; volantes
Atq; ſub ardenti ſonitum dabat area phebo.
Pallida conceptum facies prodebat: ⁊ aluus
Maior ſuſpenſa ſinu: pectuſq; leuatum
Exili vox clauſa ſono manifeſta latentis
Signa dabant fetus: nam nec celare tumorem
Cura fuit: nunq̃ fecundi pondera ventris
Diſſimulauit agens tenues ad pectora vittas.
Sicut enim trepidare facit mens conſcia culpe
Sic animi ſimplex probitas: ⁊ cognita virtus
Efficit impauidum pectus: fugit impius vltro:
Judiciumq; pauet: frontem pius audet apertam
Tollere: non regis vultum: non iudicis ora
Non rigidos lictorum enſes formidat: vt acres
Non metuit flammas aurum: non verbera ferri
Dura potens adamas: nec onuſte põdera palme
Ars eſt ipſa ſibi virtus: ipſa eruit arces
Ipſa feras: hoiemq; donat: non horret inermis.

¶ Luna ter vmbroſum ⁊c. Docet reditũ diue virginis in domum mariti ſui poſt ſpacium trimeſtre: q; vt dicit Luc. j. Manſit Maria cũ Eliza beth q̃ſi mẽſib' trib' et reuerſa eſt i domũ ſuã. Poſt reuerſionẽ aũt primũ depꝛhẽdit Joſeph eã grauidã: vt ex contextu quẽ diuus Aug. in primo de conſenſu euangelioꝛũ ponit facile colligitur, quod etiam auctor noſter hic docet deſcribens more ſuo tempus reuerſionis ex ſignorum ortu atq; occaſu. Ordo eſt. Luna impleuerat radijs orbem. i. globũ ſuum vmbroſum: ter: idest ter pleniluniũ fuerat vt i oppoſitione ſolis ⁊ lune: ⁊ ipſa iuncta idest cõiuncta ſoli admiſerat totiẽs idest ter quo ad nos ſup. ignes fraternos: idest illuminationẽ ſolis: vt in cõiunctione ſolis ⁊ lune fit: hoc eſt iam tres menſes trãſacti fuerũt: quom idest qñ virgo dauidica: ſcz Maria de ſtirpe dauid nata: comitata graui cetu. ſ. familiarũ zacharie: flexit greſſu reduci. i. reuertẽti veſtigia in patriã. i. reuerſa eſt i domũ ſuã. Cãcer littoreus. i. prinſq; tranſlat' eſſet in littore verſari ſolitus: ceperat. i.

virginis reditũ deſcribit.
Cronographia varia.
Cancer procyon.
Grauidaꝝ pallor.
Signa fetus.
Pius nõ formidat
Pulchra pparatio.
virtuti cũcta parẽt.

Ire per hoſtiles cuneos:inimicaq; caſtra.

Hoc externa docēt:ꝛ noſtre plurima gentis.

Que facerent exempla fidem cur ſceuola dextram

Miſit in ardentes prunas ꝛ brachia flammis

Exurenda dedit pauo: eſt tot milibus vnus

Quē proprijs virtus gladijs armauit ꝛ haſta:

Cur tranauit aquas:tyberinaq; flumina virgo:

Cui populus ſtatuā poſuit romanus equeſtrem:

Chloclia:quo clypeo tuſcum:quib' enſibus hoſtē

Vicit:ei lorica fuit catapultaq; virtus.

Fortior vna viris|ducibus preſtantior vna:

Cautior vna fuit mulier:cui prouida virtus.

Preſtitit ingentes animos:ꝛ ferrea corda

Quom ducis auſa fuit correpto guttura cultro

Stringere:ꝛ in peram caput inſertare tyranni.

Regulus ad lybicas iterum freta nauigat arces

Jam pauidiſq; vltro caput ad tormenta reportat

Preterea chriſti paſſos immania teſtes

Funera:laurentiq; ignes:pauliq; cathenas:

Atq; reuertentem ſua per veſtigia petrum.

Aſpice ridentem ſiculi mādata tyranni

zenonem:ꝛ legis verſos is vulneraticues.

Sed quid rem minime dubiam fulcire probando

Proſequimur:nihil eſt virtute potentius:ergo

Parthenices moniti exēplis que ſcimus olympo

Grata ſequi ſtudioq; opus eſt ſeruare tenaci.

Quod ſuperi laudant:quid ſi mortalia linguis

Ora venenatis carpant ſub iudice celo

Viuendum: demens quiſquis mutabile vulgi

Viuit ad arbitrium:nobis concordia diuum

inceperat: tollere. i. eleuare: brachia humida. i. que humida eſſe ſolebāt ꝛ procyon ideſt anticanis videlicet (vt quidā volunt) ſyrius ſperat abſcondere claros vultus. i. ceperat venire ſub radios ſolis: hoc eſt fuerat in iulio mēſe. Et ceres flaua. i. ſeges tritícea matura: albebat i campis apricis i. ſoli expoſitis. Meſſor ibat iā coronatus fronde per ordea matura. i. metebat ea habens ſertum ex frōdibus arborꝫ cōtra eſtū ſolis: ꝛ ipſe madēs in longo ſudore: aut diu durāte aut in lōgū videlicet a frōte defluēte ſpoliabat agros in curuis falcib' ppetuū epithetō falcis q̄ ſemper icurua eſt ſpoliabat aūt agros ſegeribus vt materia circa quaꝫ ꝛ falcibus vt inſtrumentis ꝛ manus ſ. triturātis: armata flagellis grauibus. i. pōderoſis: tritura. i. flagellatura (a tero triui tritum) ſup'. ſegetē ſternabat p oēs cāpos aſſyrie: et dulcia rura coaſpis. i. q̄ coaſpes fluui' pſaruꝫ q̄ in cophē vt Stra. lib. xv. author eſt imittit: alluit: ſternebat dico calamos. i. ſtipulas ꝛ culmos fragiles. i. cito frāgibiles: ppt ſiccitatē: ꝛ paleas volātes. i. ita ſiccas vt vē-

Affert exēpla.

Sceuola.

Vnū manu a. i. huc.

Etiam flaua ceres iā cogitat ordea meſſor.

Chloclia virgo.

Judith Holofernis caput abſcidit.

Regulus.

Martyres.

Laurēti'.

Paulus.

Petrus.

zeno.

Hec appꝛime notanda.

Nō cū vulgo viuēdū

Sola ſat eſt: ſi quando meos deus arbiter actus
Approbat indocte: quid me contraria turbe
Flectit ab incepto vite ſententia curſu:
Non erat hec ſemele bacchi: non ilia mater
Romulee gentis: nec magni athlantias hermis
Maia parens: danaeve auri deluſa nitore.
Non erat alcide genitrix: nec agenore nata.
Filia nec ceci nec ſe mirata iuuencam
Inachis: illicitos falſo que nomine partus:
Admiſſumq; ſcelus titulo veſter olympi
Hec erat alma parens: veriq; inſigne tonantis
Hoſpitium: regis ſuperum immortale ſacellum
Et quoniam diuum tenuit conſortia ſemper:
Pluſq; hominum ſuperis fidens neglexit inane
Iudicium: nugaſq; hominum miracula ventris
Eſſe deum ſi ne:at opus: cur debuit vllis
Occultare dolis: ipſo quas auſpice celo
Debuit inſidias hominum que bella vereri:
Quas trepidare manus: Igitur ſecura tumentem.
Ipſa ſub ora viri ſine fraudibus attulit aluum.

Semele. Ilia. Maia. Danae. Alcide. Europa. Latona. Io.

to abduci poſſent: atq; area .i. locus arid' in quo tritura fit dabat ſonitũ ſub phebo .i. ſole ardẽti .i. eſtuanti pallida facies virgini (quia de puriſſimis ſanguinib' eius chriſt' ſibi corpus aſſumpſerat: vnde pallor in facie eſſe potuit q̄uis grauamen nullum aut detrimentũ fuerit) pdebat .i. manifeſtabat cõceptũ .ſ. marito ignotũ: et aluus ſuſpẽſa maiori ſinu .i. habẽs ſinũ magis extentũ: ꝛ vteruʒ diſtentuʒ: ꝛ pectus leuatũ: propter lac virginale qđ inaſci ceperat i maternis vberibus: ꝛ vox clauſa exili .i. modico ꝛ gracili: vt pgnãtibus eſſe ſolet ſono dabãt manifeſta ſigna fetus latẽtis ſcilʒ in vtero. Naʒ nec cura fuit ſup. virgini .i. nõ curauit celare .i. occultare: tumorẽ .i. grauiditatẽ ventris: ꝛ ipſa nũq̄ diſſimulauit põdera vẽtris agens .i. inducẽs tenues vittas .i. faſciolas ad pectora. Eñi p q: ſicut mens pſcia culpe facit trepidare .i. tremere ſic ſimplex .i. nõ ficta nec phucata pbitas animi: ꝛ virt' cognita .i. perſpecta et nota habẽti: efficit pect' ſcʒ eã habẽtis: impauidũ. Impi' .i. cõſcius pctĩ ꝛ ſceleratus: fugit vltro .i. priuſq̄ fugetᷣ: ꝛ pauet iudiciũ .i. iudicem et ceteros iuſticie adminiſtratores. pius .i. innocens audet tollere .i. erigere frõtem apertã .i. non velatam: ꝛ non formidat vultum regis nõ ora iudicis non rigidos enſes lictorũ: ideſt miniſtrorum iuſticie exequende: vt ideſt quemadmodũ aurum nõ metuit acres flammas ꝛ adamas potens: ſcʒ potẽtia reſiſtitiua non formidat dura verbera ferri .i. ictus mallei ferrei nec palme onuſte .i. onerate formidãt põdera: q: vt narrat Aulus gellius lib. iij. c. vj. Ariſtoteles in .vj. problematũ ꝛ Plutarchus in .viij. ſimpoſiorũ. docent q palma ſemp contra pondus nitiť ꝛ curuatur: vnde victoribus debeť. Ipſa virt' eſt ſibi arx .i. munimẽ ꝛ preſidium: eruit arces .i. malorũ: ꝛ ipſa domat feras ꝛ hoſtem ꝛ virtus inermis non horret .i. nos

Palmã iđ victorib' daťq ſem

formidat ire p cuneos hoſtiles ⁊ per caſtra inimica. Exēpla externa.i.exper cōtra
ternarū gentiū: que videlicet multa nō ſunt: ⁊ plurima exēple noſtre.i.pōdus ni
latine: ſeu italice gētis: q̄ facerēt fidē.i.credulitatē docēt: hoc.ſ.q̄ virtus titur ⁊ cur
nihil formidat. Inducit autem exēpla Sceuole. Chlelie Judith. Reguli. uatur.
Itē martyrū. Laurētij. pauli. petri. ⁊ ceterorū. preterea zenonis ſiculus
tyrānū non metuētis. Que oīa ex Ualerio maximo Liuio aliiſq̄ hyſtori
cis nota ſunt: ſʒ nō habētib⁹ libros paucis reperem⁹. Eaq̄ potiſſimuʒ ex
plinio de viris illuſtribus qui ſic de his diſſerit. Cum porſena vrbē obſi
deret. Mutius cordus vir romane conſtantie ſenatū adijt: ⁊ veniā trans
fugiendi petijt: necē regis repromittēs. Accepta poteſtate: in caſtra porſe
ne venit: ibiq̄ purpuratū pro rege deceptus occidit: apprehēſus et ad re
gem pertractus dexterā aris impoſuit: hoc ſuppli. ab ea exigens: q̄ in ce
de peccaſſet. Unde cuʒ miſericordia regis abſtraheretur: quaſi beneficiū
referens ait trecētos aduerſum eū ſimiles cōiuraſſe. Quare ille territus Chlelia.
bellū acceptis obſidib⁹ depoſuit. Mutio parata ſeu prata trans tyberim
data ab eo mutia appellata: ſtatua quoq̄ ei honoris gratia cōſtituta eſt.
De chlelia idem ſic. Porſena chleliā virginē nobilem inter obſides acce-
pit: q̄ deceptis cuſtodibus noctu caſtris eius egreſſa equuʒ quē ſors de-
derat arripuit: ⁊ tyberim traiecit: a porſena p legatos repetita: ⁊ reddita.
Cuius ille virtutē admirās cum quibus optaſſet in patriā redire permi
ſit. Illa virgines quidē ⁊ pueros elegit: quorū etatem iniurie obnoxiam
ſciebat. Huic ſtatua equeſtris in foro poſita eſt. Utrāq̄ hiſtoriā recitat
Liuius lib. pri°. Judith hiſtoriā ſupra recitauimus. Reguli ſic idē plini⁹ Marcus. Regulus.
perſtringit. Marcus Attili⁹ Regulus conſul fuſis ſalentinis triumpha-
uit: primuſq̄ romanorū ducū in aphricaʒ claſſem traiecit; quaſſatas de
Amilcare naues longas tres et ſexaginta accepit. Oppida ducenta ⁊ ho-
minū ducenta milia cepit abſente eo coniugi eius ⁊ liberis ob pauperta
tē ſumpt⁹ publice dati. Mox arte xātippi lacedemonij mercēnarij mili-
tis captus in carcereʒ miſſus: legatus de permutādis captiuis romaʒ
miſſus dato iureiurando: vt ſi non impetraſſet: ita demum rediret in ſe
natu cōditionē diſſuaſit: reiectis a ſe cōiuge ⁊ liberis carthaginē regreſ-
ſus vbi in arcā ligneam cōiectus: clauis introrſuʒ adactis: vigilijs ac do
lore punitus eſt. Laurētij. Petri. Pauli hiſtorie notiores ſunt q̄ vt hic re
citentur. verum q̄ dicit petrum reuertentem tractum eſt ex eo q̄ dicunt
chriſtuʒ petro fugitanti apparuiſſe extra romam: percunctantiq̄ domi-
ne quo vadis: reſpondiſſe vado romā iteruʒ crucifigi: quo intellecto pe-
trum ad crucem rediſſe. zenonis autē virtutem ſic habeto. Is teſte pla- zeno inuē
tone ſtatura procera fuit: quem vocat ſophiſtam eleatem. Cuiuſq̄ inuēto tor fuit
rem fuiſſe dialetice ſicut empedoclem rhethorice teſtis eſt ariſtoteles. dialetice
Cum vero Nearchum ſeu diomedontē tyrannū profligare vellet captus ⁊ empedo
eſt: teſte heraclide. Et cū de cōiuratoribus interrogaret volēs ſignifica- cles rheto
re tyrannū deſtitutū retulit omnes illius amicos cōſcios eſſe: ⁊ cū ſimu- rice: vt te
laſſet ſe velle ad illius aureʒ alloqui ipſam mordicus perforauit vel teſte ſtis eſt ari
demetrio naſum arripuit. Dixitq̄ ad ciues. Admiror veſtrā vecordiā: ſi ſtoteles.
hoʒ gratia q̄ patior tyrāno ſeruire ſtatuitis. Sed cū complices coniura
tionis proferre cogeretur conciſam dentibus linguam in os tyrāni con-
ſpuit: quo facto ciues tyrannuʒ lapidauerūt. Hec Torte. ex quibus videt̄
tyrannū nō ſiculuʒ: ſed athenieſem notaſſe. Sʒ ad ordinē redeo. Cur ſce
uola.ſ.mutius qui ſceuus fuit in volaʒ.i.manū ſuā: miſit dextram in pru

nas.i.carbones ardentes:⁊ cur dedit brachia exurenda.i.cremanda flā
mis viuis:ſcꝫ ſceuola eſt pauori:ideſt pauori ⁊ formidini tot milibus: ſci-
licet hoſtiū qui erant in exercitu porſene quē vnum:ſcilicet ſceuolā vir-
tus armauit ꝓpriis gladiis ⁊ haſta:quaſi dicat non niſi ꝓpter virtutem
hoc fecit. Cur chlelia virgo romana tranauit aquas ꝙ pro ideſt flumina
tyberina:ideſt ipſum tyberim:cui populus romanus poſuit ſtatuā eque
ſtrem.i.imaginem ipſius in equo inſidentem vt tyberim traiecerat:quo
clypeo ⁊ quibus enſibus vicit hoſtem tuſcum:ideſt porſenā regē ethru-
rie. Reſpondet. Virtus fuit ei lorica ideſt munimen ſeu arma defenſiua.
(Fiebant autem olim ex loris) et catapulta:ideſt telum inuaſiuum: hoc
eſt iaculum velox ſeu ſagitta plautus etiā cubitū catapultā vocauit. Di-
citur enī a verbo (Katapateo) qđ eſt cōculco. ſed grece dicitur (Katapul-
tis).i.catapeltes:⁊ id qꝛ in eo genere maſculino. Una mulier:ſcilicet iu-
dith vidua:fuit fortior viris ⁊ preſtantior ac cautior ducibus precipue ho
loferne:cui ſcilicet mulieri virtus prouida:ideſt prouidentia et fortitudo
preſtitit ingētes aios:⁊ corda ferrea:ideſt inflexibilia:aut fortia. quom.i.
quādo ipſa fuit auſa ſtringere:ideſt ſcidere guttura ducis:ſcꝫ holofernis
cultro correpto.i.celeriter accepto:⁊ quum fuit auſa inſertare.i.inſerere
aut iniicere caput tyrāni in perā.i.ſacculū ex corio. Regulus ſcꝫ Marc⁹
attilius nauigat iterū (quia poſt captiuitatem ſuam romam miſſus iaꝫ
ſemel nauigauerat) freta.i.maria ad arces libycas videlicet carthaginē
ſes:⁊ reportat vltro.i.nō coactus caput ſuū impauiduꝫ.i.intrepidum:ad
tormenta que prius diximus. Ego inquit poeta:ꝑtereo:ideſt indictos re
linquo teſtes:ideſt martyres chriſti paſſos immania.i.ſeuiſſima:funera
ideſt mortes:⁊ ignes laurenti pro laurentii ꝗ exuſtus eſt in craticula:⁊ ca
thenas pauli qui ſepe vinctus erat:⁊ petrum reuertentem ſcilicet romaꝫ
per ſua veſtigia:ideſt vnde exierat. Aſpice zenonem philoſophum illum
ridentem mandata ſiculi:ideſt crudelis tyranni aut reueraſiculi ſcilicet
nearchi aut diomedontis:⁊ ciues verſos in vulnera regis:ſcilꝫ tyranni:
poſtꝙ linguam ſuam in eum expuerat zeno. Sed quid proſequimur.i.
immoramur:aut perſeueramus fulcire:ideſt ſtabilire probando: ideſt ꝑ
approbationes:rem minime.i.nequaꝙ dubiam (quaſi dicat id fruſtra
facimus) Nihil eſt potentius virtute. Opus eſt ſequi:⁊ ſeruare tenaci ſtu-
dio:ea ſupple que nos moniti exemplis parthenices.i.beate ꝟginis ſci-
mus grata olympo (Planior eſſet conſtructio ſi loco illius particule op⁹
eſt poneretur debemus:vt ſi nos moniti exemplis parthenices debem⁹
ſequi ⁊c. aut ſi monitis poneretur ſic. opus eſt nobis monitis ⁊c.) Quid
ſupple ad nos ſi mortalia ora carpant venenatis liguis quod ſuperi lau
dant:quaſi dicat nihil. nam viuendum ſupple eſt ſub celo:ideſt celeſti iu
dice:videlicet deo. demens ſupple eſt quiſquis:ideſt quicunꝙ viuit ad.i.
ſecundum mutabile:ideſt incertum et variabile iudicium vulgi:ideſt ſen
tentias vilis populi. concordia diuum ideſt cum voluntate diuina con-
ſentio eſt ſat:ideſt ſatis:hoc eſt ſufficit nobis. licet homines diſſentiant.
Si deus arbiter.i. cenſor arbitrarius approbat quando:ideſt aliquādo
meos actus quid:ideſt in quo ſententia turbe indocte contraria . i .ali-
ter cenſens aut exiſtimans faciendū flectit me ab incepto curſu vite:qͣſi
dicat ſi recte ſentio in nullo. Recte autem de ſe ſenſit virgo:quia hec vir-
go non erat ſemele mater bacchi.i.liberi patris:quam iuppiter ſtupra-
uerat:et non erat Ilia:ideſt rhea filia numitoris regis albanorum: ma

Catapulta teli ſeu iaculi genus quo maxime vaſcones vtuntur.

ter gentis romule ideſt romane:q: a romulo cuius mater erat Romani denominant:nec maia athlantias.i.athlantis filia parēs.i.mater magni hermis.i.deorum interpretis mercurij qui bene magnus dicitur:q: a grecis trimegiſt᾽.i.ter maximus vocatur egyptiorum hermes:verum vni que multorum ſunt attribuuntur. Et non erat danae filia acriſij deluſa nitore auri.i.quam iuppiter auro corruperat. Nam in fabulis dicitur in formam imbris aurei in gremium eius deſcendiſſe. vnde Horati᾽ iij. carminum. Incluſam danaen turris ahenea Robuſteq; fores ⁊ vigilem canum triſtes excubie munierāt ſatis. Nocturnus ab adulteris. Si non acriſium virginis abdite. Cuſtodez pauidum iuppiter ⁊ venus. Riſiſſent:foret enim tutum iter et patens. Conuerſo in precium deo. Fuit ergo acriſij regis argiuorum:vt Euſe. ſcribit. xiiij. filia qui ex oraculo acceperat ſe ex filie partu interimenduz:vnde eam turri incluſit:ſed iuppiter verſus in taurus ſtuprauit ⁊ perſeum genuit qui poſtea acriſium oſtēſa gorgonis facie in ſaxum vertit triſyllabum eſt. Non erg[o d]ane ſed danae proferetur. Et non erat genitrix.i.mater alcide.i. herculis videlicet alcmena:quam iuppiter in ſpecie amphitrionis polluerat:nec erat nata agenore ſicut europa quam iuppiter in ſpecie thauri deluſit:nec filia cei i. latona ex qua per adulterium iuppiter apollinem ⁊ dyanā genuit. Ceus enim filius eſt titani:pater latone ⁊ aſterie:nec inachis.i. in inachi filia mirata ſe iuuencam in quā in adulterio deprehenſa conuerſa fingitur:nō erat ergo talis que veſtiret.i. palliaret:⁊ pretegeret nomine falſo.i. deum falſe auctorem aut patrem aſſerentem:veſtire dico partus illicitos.i. inceſtos ⁊ adulterinos ⁊ que veſtiret ſcelus admiſſum titulo olympi.i. reijciendo culpā in deū rectorē olympi:nā oēs predicte culpā in iouē quē antiquitas ſummū deū aſſeruit reiecerūt. Sz hec erat alma parēs ⁊ inſigne auſpiciū.i. vt canit nobile tricliniū veri tonātis.i. filij in diuinis:et templū dei ⁊ ſacrariū ſpūſſancti. vn̄ ſequit. ⁊ erat immortale.i. indelebile ſacellū.i. ſacrariū regis ſuperū.i. dei. Et qm̄ ipſa renuit ſemp plus cōſortia diuū q̄ hoim:ipſa fidēs.i. cōfidēs ſuperis neglexit inane iudiciū ⁊ nugas hoim. Nā ſi.i.q: norat.i. nouerat miracula vētris.i. que in ventre ſuo facta erāt videlicet q̄ v̄go cōceperat:eſſe opus dei:cur debuit occultare vllis dolis.i. diſſimulationibus aut velamētis.q.d. nequaq̄ debuit:et q̄s inſidias hominuz ⁊ que bella debuit ipſa vereri.i. expaueſcere:et quas manus debuit ipſa trepidare celo.i. deo celeſti:auſpice.i. auſpicante ⁊ approbāte:boniſq; initiū dante.q.d. nullas ⁊ nulla. Igit̄ ipſa ſecura.i. ſine cura ⁊ nihil verita attulit ſub ora viri.ſ. Joſeph.i. in cōſpectum eius ſine fraudibus.i. velamētis aut palliationibus ſeu diſſimulationibus aluuz tumentem.i. grauidam ⁊ pregnantem.

Mercurius trimegiſt᾽.i. ter magn᾽ dr̄ a grecis.

Danae.

¶ Vir tamen occurrens vt virginis ora reuerſe
Pallida conſpexit:tumidumq; exurgere ventrem
Saucius:vt nigro qui neſcius obuiat igni
Obriguit:gelidum tremuit ſine ſanguine pectus.
Diſſimulat tamen:⁊ ficto regit ore dolorem
